Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Georg Leopold Ponat

Georgii Leopoldi Ponati, Gymnasii Osnabrugensis Senioris, Excerpta optimarum dicendi formularum, Ex Epistolis Ciceronis : Quas Familiares appellant, ad Conscribendas Epistolas in primis accommodata

Osnabrvgi: Typis G. Kislingii, A. 1732

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862864968

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

G. C. Dettardiny.
1749.

19. a. 10.

7

Cd-977 1.2.

~~C. II. d. 3048 1.2.~~

~~XVIII. XII. 14.~~

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn862864968/phys_0002
DFG

GEORGII LEOPOLDI
PONATI,
Gymnasii Osnabrugensis
Senioris,

EXCERPTA

optimarum dicendi
formularum,
EX
EPISTOLIS CICERONIS,
Quas
FAMILIARES
appellant,
ad
CONSCRIBENDAS
EPISTOLAS
in primis
accommodata.

OSNABRVGI,
Typis G. Kislingii; A. 1732.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn862864968/phys_0005
DFG

MORHOFIVS
de conscribendis epistolis,
ex edit. J. B. MAII. Cap. II.
pag. 16.

Cicero in epistolis et rebus accommodare argumenta, argumentis elocutionem, elocutioni numeros et decentem illam copiam nouit; vt qui simile praestiterit, E TOTA ANTIQVITATE INVENIATVR NEMO.

GENEROSISSIMIS,
NOBILISSIMIS,
ATQVE
POLITISSIMIS,
Superioris Auditorii nostri
ALVMNIS,
S. P. D.
AVTOR.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862864968/phys_0007
DFG

LIberaui iam fidem meam, et promissis non minora, sed maiora praestiti. En Vobis Excerpta mea ex Epistolis Ciceronis, quas familiares appellat vulgus, ad conscribendas epistolas singulari cura instructa atque accommodata. Nunquam, vti nostis, Vobis alios commendaui, nisi priscos latinitatis autores; quia dudum exploratum perspectumque habui, multo dulcius ex ip-

ipsis fontibus hauriri ea, quae ad elegantiorum studiorum doctrinam pertinent, quam ex riuulis recentiorum autorum, Palearii, Politiani, Mureti, Manutii, J. N. Erythraei, Caselii, vel aliorum hominum summis ceteroquin, iisque verissimis laudibus concelebrandorum. Et licet mihi non persuadeam Ciceronianum dicendi genus tam expletum, omnibusque numeris et partibus perfectum esse, vt nihil quidquam de iustissimis illius laudibus delibare possit limatulum ac politu-

lum Philologorum noſtri aeui iudicium; nemo tamen temere affirmauerit, vel vllum diſertiſſimorum Romuli nepotum Tullio noſtro eſſe praeferendum, quum perpauci ipſi pares ſint reputandi. Is certe ſe nondum in eloquentiae ſtudio profeciſſe ſciat, cui Cicero non vehementer placeat, nec eum delectant latina, cui diſplicent Ciceroniana. Agite ergo, chariſſimae Animae, in praeclarum hocce Tullii exemplum, tanquam in ſpeculum inſpicite, quantumque conniti animo po-

te-

testis, tantum facite vt efficiatis, ne Vobismet ipsi turpiter defuisse videamini. Mira est expectatio progressuum Vestrorum; quam vellem vt opinioni bonorum omnium responderet virtus Vestra! Sic Vos moneo, vt filios, sic faueo vt mihi, sic hortor, vt Deo et patriae deuotos. Nihil est quod Vobis maiori fructui gloriaeue possit esse, quam diuinum eloquentiae studium, quo nullum excellentius, nullum magnificentius, nullum salutarius munus humano generi a Deo datum esse,

censent prudentiores omnes. *Quid enim prodest omnis eruditio, nisi claris, elegantibus, grauibusque verbis declarari atque demonstrari possit?* Nihil igitur melius, nihil laudabilius, nihil praeclarius agere potestis, quam si in stilo perpoliendo omnem curam, cogitationem, atque operam fixam habeatis collocatamque. Ceterum de vsu horum Excerptorum, in quibus conscribendis SIBERI ordinem sum sequutus, quod speciatim moneam, non habeo; quum ea quae *in praefatione Excerptorum B. Patris* plu-

pluribus expoſui, iam iamque *de Cicerone a Cicerone ſuperato* adiiciam, a quouis Veſtrum ad ſcopum facile accommodari poſſint. Valete, meaeque fidei non immemores, res Veſtras praeclare gerite! Dab. Oſnabr. d. XXIII. Iun. A. MDCC XXXII.

CICERO A CICERONE SVPERATVS.

Ciceronem ſaepius ſemet ipſum eloquentia viciſſe, et quae in loco ſimplicius dixit, alia occaſione et elegantius et grauius expreſſiſſe, nemo qui Tullium no-

ſtrum nouerit, temere negauerit. Ego ſane vel ex hiſce meis Excerptis illud declarare poſſem quam plurimis exemplis; ſed vt ſumtus minus neceſſarios minuam, vnicum iam ſufficiat ex L. V. Ep. IX. petitum, quod idem ſatis luculenter demonſtrabit.

Marco Fabio viro optimo,

In Marco Fabio cum ſumma probitas, tum ſumma virtus eſt, VIII. 6. vid. PIVS.

et homine doctiſſimo,

eumque ab initio aetatis omnium doctrinarum ſtudioſum fuiſſe, omniaque quae a ſapientiſſimis ad bene viuendum tradita eſſent, ſummo ſtudio curaque didiciſſe, memoria teneo. IX. 1. vid. DOCTVS.

fa-

familiarissime vtor;

Accessit non mediocre vinculum cum studiorum, quod ipsum est per se graue, tum eorum studiorum, earumque artium, quae per se ipsae eos, qui voluntate eadem sunt, etiam familiaritate deuinciunt. VIII. 5. vid. FAMILIARIS.

mirificeque eum diligo.

Multa illius in me officia, multa in illum mea, quodque maximum est, summus inter nos amor et mutuus; XII. 2. *immo tantum nuper accessit ad amorem, vt mirarer locum fuisse augendi in eo, quod mihi iam pridem cumulatum esse videbatur. XII.* 9. vid. AMARE.

cum propter summum eius ingenium,

Delectat me etiam limatulum et politulum eius iudicium, et illae interiores litterae, quibus saepe verecundiorem me in loquendo facit. VIII. 16. vid. IVDICIOSVS.

sum-

ſummamque doctrinam,

Nam ad omnia eum armauit ſummum atque excellens ingenium, de quo ita iudico, vt neminem ipſi anteponam, comparem vero paucos. IX. 23. XI. 21. vid. EXCELLERE.

tum propter ſingularem modeſtiam.

Mitto modeſtum eius vultum, ſermonemque conſtantem, qui habere quiddam a Curibus videatur. XII. 11. vid. MODESTVS.

Eius negotium ſic velim ſuſcipias, vt ſi eſſet res mea.

Eum igitur ita tibi commendo, vt quanquam ipſius cauſa confido te facturum eſſe omnia, tamen abs te hoc petam, vt ſi quid reſidet in te amoris, id omne in Fabii negotio oſtendas; I. 4. eumque omni tua comitate ita complectaris, vt omnia quae per me poſſis adduci, vt in meos conferre ve-

velis, in hunc vnum conferas; II. 5. et quicquid officii, beneficii, honoris, in Fabium contuleris, id te existimabo in me ipsum, atque in rem meam contulisse. IV. 12. v. COMMENDANDI FORM.

En modum insigniter variandi atque amplificandi propositiones quaslibet, ipsis etiam tironibus tam facilem atque commodum, vt commodiorem facilioremque vix inuenias vllum. Iam vero conferas, quaeso, praeclara imitationum exempla, quae nobis suppeditauit celeberrimus quondam orator MORHOFIVS, in Polyhist. L. II. cap. XIV. et XV.

at-

atque ipse iudices velim, vtrum Morhofiana methodus, an mea, ad studiosorum vsum sit magis accommodata. Quod si non vnam alteramue loquendi formulam ex singulis titulis seligas, sed plerasque omnes adhibere atque adaptare studeas, et praeterea *cohaerentiam titulorum*, quam in B. Patris Excerptis iam tum ostendi, etiam atque etiam inspicias; proh quot quantisque modis periodos singulas efficies pleniores, elegantiores grauioresque! Nec est quod verearis, ne titulis indigeas, dum-

dummodo Indicem eorundem perlegas perluſtresue: ita fiet, ſcio, vt nil quidquam minus tibi deeſſe poſſit, quam pulcherrimarum dicendi formularum vbertas atque copia. Sed heus fac memineris iſtius Horatiani:

Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines,
Quos vltra citraque nequit conſiſtere rectum.



ABESSE. *Neque tu multum interfuisti rebus* gerendis, et *ego id semper egi, ne interessem.* IX. 7. Non habeo certum, *quae te res hinc maxime retrahat.* XI. 13. Quin *hinc ipse euolare cupio*, et aliquo peruenire, *vbi nec Pelopidarum nomen, nec facta audiam.* XII. 1. Nostri τυραννοκτονοι *longe gentium absunt.* XII. 34. *Si ipse a* certamine belli tam necessarii *me remouissem.* XIV. 20.

ABIRE. *Dandus est locus* fortunae, *cedendum ex* Italia, *migrandum* Rhodum. XII. 5. *Te istinc ne temere commoueas.* XVI. 35.

ABSTINERE. *De* praeda mea *teruncium nec attigit, nec tacturus est quisquam.* VI. 7. Hominem cognosces et prudentem, et *a cupiditate omni remotissimum.* IX. 25. *Quis in ea fortuna, quae mea est* --- aut sordidum quidquam pati, aut *pernicioſa concupiscere potest?* XIII. 14.

ACCIDERE. *Si cecidisset, vt volumus.* II. 1. *Casus* vero *mirificus quidam interuenit.* II. 5. *Iecit quidam casus caput meum*, quasi certaminis causa, *in mediam contentionem* dissensionemque ciuilem. II. 13. Qua in re mihi videtur *illud perquam venuste cecidisse.* III. 27. *Quid casurum sit, incertum est.* IV. 4. Quum praesertim *mihi vsu venturum* non arbitra-

ret. IV. 7. Nauigatio *incurrebat* in ipsos Etesias. VI. 11. *Quod melius caderet, nihil vidi.* VI. 14. Vtrumque *contra accidit.* XI. 22.

ACCIPERE. *Pecunia, quae ad me*, saluis legibus *peruenisset.* VII. 2. *A* Flamma *si non potes omnem, partem aliquam velim extorqueas.* XII. 6. Libelli, qui in *me inciderunt.* XIV. 8. Magna *consequi* praemia. XV. 9.

ACCOMMODARE. *Ipse me conformo ad eius voluntatem*, a quo honeste dissentire non possum. II. 2. *Si meam voluntatem ad* summi viri, de meque optime meriti, *dignitatem aggregassem.* II. 13. *Temporibus assentiendum.* -- Vt in nauigando *tempestati obsequi* artis est, etiamsi portum tenere non queas, quum vero id possis *mutata velificatione* assequi, stultum est eum tenere cum periculo cursum, quem ceperis potius, quam eo commutato, quo velis tamen pervenire: sic quum omnibus nobis in administranda Rep. propositum esse debeat, id quod a me saepissime dictum est, cum dignitate otium, *non idem semper dicere, sed idem semper spectare debemus.* II. 13. *Quantum litteris, quantum studiis,* veteribus nostris delectationibus, *consequi poterimus, id omne ad arbitrium tuum*, qui haec semper amasti, *libentissime conferemus.* Ibid. *Totum me ad eius viri,* ita de me meriti, *voluntatem nutum-*

nutumque conuerterem. VI. 1. Tempus, quod est totum *ad vnius voluntatem accommodandum.* XI. 3. Quae ratio sit ineunda nobis, non agendi aliquid, sed *illius concessu et beneficio quiescendi.* Ibid. Quando *eius arbitratu viuendum est.* XI. 7. Primae tuae sententiae infinitis cum muneribus, posteriores *ad tempus arbitriumque* amicorum meorum *compositae.* XIV. 4. vid. TEMPORI INSERVIRE.

ACCVSARE. Calidius in defensione sua fuit diligentissimus, *in accusatione satis frigidus.* III. 29. (*Illum*) *reum de vi fecit.* IV. 5. *Non nostram is perfidiam coarguit*, sed indicat suam. IV. 7. Noli pati, litigare fratres, et *iudiciis turpibus conflictari.* VI. 2. *Compellari me ea lege voluerunt.* VI. 14. In invidiam absens et *in crimen vocabare.* VIII. 19. Quid illis respondere possum, qui sua bona direpta, naues expugnatas, fratres, liberos, parentes occisos, *actione expostulant.* XI. 29. Iam et possessione deturbatus est, meo *iustissimo honestissimoque conuitio.* XIV. 5. Possetne heres, quod furtum antea factum esset, *recte furti agere.* XVI. 9.

ADDERE. vid. AVGERE.

ADIMERE. Si absenti mihi vnius mensis *labor detractus esset.* IV. 2. Sic me et liberalitatis *fructu priuas*, et diligentiae, et,

quod minime tamen laboro, mediocris etiam prudentiae. VII. 2. *Impetum* praedonum *in tuas fortunas fieri nolo.* IX. 7. Vnum manebat illud *solatium, quod ereptum est.* XI. 3. *His* autem *detractis.* XI. 17. Libentius omnes meas laudes ad te transfuderim, quam *aliquam partem exhauserim ex tuis.* XII. 9. Legato tuo viaticum *eripuerunt.* XII. 26. Onerariae omnes ad vnum *a nobis sunt exceptae.* XV. 14. Vt et reliqua vectigalia exigerem, et quam depositi pecuniam colligerem, *quicquid ex ea correptum esset* -- cognoscerem. XV. 15. v. CARERE.

ADITVM FACERE. Huic ego tantummodo *aditum ad tuam cognitionem patefacio et munio.* VIII. 6. In omnibus nouis coniunctionibus interest, qualis primus aditus sit, et *qua commendatione quasi amicitiae fores aperiantur.* IX. 25.

ADMINISTRARE. vid. AGERE.

ADMITTERE et NON ADMITTERE. Peto vt *quam facillimos ad te aditus habeat*, quae erunt aequa lubente te impetret, vt meam amicitiam sibi, etiam quum procul absim, prodesse sentiat, praesertim apud te. V. 10. Quando tibi virtus et dignitas tua *reditum ad tuos aperuit.* IX. 6. Magnis occupationibus eius, a quo omnia petuntur, *aditus ad eum difficiliores fuerunt.* IX. 8. Tanta est enim

enim intimorum multitudo, vt *ex his potius aliquis effluat, quam nouo sit aditus.* XI. 18. *Non maxima me turba puto excludi,* quo minus tibi vacet me excipere, et ad omnia quae velis et probes, producere. XVI. 3. v. CONFVGERE.

ADOLESCENS. Etsi *abest maturitas aetatis,* iam tamen personare aures huiusmodi vocibus, non est inutile. X. 28. Ex eo, quum *ab ineunte eius aetate* bene sperauissem, tum optime existimare coepi ex iis iudiciis, quae de eo feceram, cognitis. X. 36.

ADORIRI. *In te potissimum* fractam illam et debilitatam *vim suam contulit.* II. 13. Veniebant enim *eodem furore in me, quo in* patriam, *incitati.* XV. 18. v. INVADERE.

ADVENIRE. vid. VENIRE.

ADVLARI. *Ornes ea vehementius etiam, quam fortasse sentis,* et in eo leges historiae negligas; gratiamque illam, de qua suauissime quodam in prooemio scripsisti, -- ea si me tibi vehementius commendabit, ne aspernere, *amorique nostro plusculum etiam quam concedit veritas, largiare.* I. 18. Ac non vereor, ne *assentatiuncula quadam aucupari* tuam *gratiam* videar, quum hoc demonstrem. ib. Noli putare *me hoc auribus tuis dare.* XII. 10.

ADVOCATVS. *Agit causas liberaliter.* III. 29.

Si tuam consuetudinem *in patrociniis tuendis* seruas, P. Vatinius cliens ad te venit, *qui pro se causam dicier vult.* XI. 15. Phameae *causam susceperam*, ipsius quidem causa. XI. 19. Hoc mihi da atque largire, vt Man. Carium *sartum et tectum, vt aiunt, ab omnique incommodo, detrimento, molestia, sincerum integrumque conserues.* XII. 2. v. DEFENDERE.

AEDIFICARE VELLE, et NOLLE. Quod te *abiecisse illam aedificationem* constabat. III. 21. Si audierit, te *aedificationem deposuisse.* ib. *Fundamenta ieci* salutis tuae. IX. 15.

AEGROTARE. Quid nunc rogem te vt venias, mulierem aegram, *et corpore et animo confectam.* I. 6. *Valetudine* oculorum *impediebatur.* ibid. *Valetudinem istam infirmam*, si me amas, *noli vexare.* I. 7. De loco nunc quidem iam abiit *pestilentia*; sed quam diu fuit, *me non attigit.* I. 8. *Si te dolor aliquis corporis*, aut *infirmitas valetudinis tuae tenuit.* II. 3. Sed quando *in* quartanam *conversa est vis morbi.* VII. 1. Audio animo te angi, et medicum dicere *ex eo te laborare.* VII 9. Nunciatum est, te *in febrim subito incidisse.* VII. 19. Ille *in morbum* continuo *incidit.* VIII. 5. Cura vt valeas, ne ego *te iacente*, bona tua comedam. VIII. 22. Dixit te in lecto esse, quod *ex pedibus laborares.* VIII. 23. Miraris, me *tanta perturbatione vale-*

valetudinis tuae, tam grauiter ex animatum fuisse. IX. 18. Ne me putes obliuione tui rarius ad te scribere, quam solebam, sed aut *grauitate valetudinis*, *qua* tamen iam paululum videor *leuari*, aut quod &c. X. 4. *Grauissime aegrotasti*, inedia et purgationibus, et *vi ipsius morbi consumtus es.* XI. 9. Ego valeo, *paululo* tamen etiam *deterius quam soleo.* XI. 13. Tantis *pedum doloribus afficitur.* XI. 18. Balbus ad me scripsit, *tanta se epiphora oppressum, vt loqui non possit.* XII. 8. Quanquam *erat oppressus totius corporis doloribus.* XII. 9. L. Caesar, optimus et fortissimus ciuis, *valetudine impeditur.* XII. 24. Fratrem meum *grauiter se habuisse*, antea tibi scripsi. XIV. 13. Vt enim *grauius aegrotant ii, qui quum leuari morbo viderentur, in eum de integro inciderunt*; sic *vehementius nos laboramus*, qui --- renouatum bellum gerere conamur. XIV. 15. *In febriculam incidit assiduam, et satis molestam.* XIV. 21. Quum decimum iam diem *grauiter ex intestino laborarem* --- tanta me διαρροια arripuit, vt hodie primum videatur coepisse consistere. XVI. 11. *Et vires et corpus amisi.* ibid.

AEMVLARI. Habeo -- prouinciam omnium ciuitatum consensu paratissimam, et *summa contentione ad officia certantem.* XIII. 14.

AEQVVS. Et ipse, qui plurimum potest, *quotidie mihi delabi ad aequitatem*, et ad rerum naturam videtur, --- quotidieque fit aliquid lenius et liberalius, quam timebamus. IX. 4. Sed mihi minus libet multa de aequitate scribere -- *ne causa potius apud te valuisse videar, quam gratia.* XI. 24.

AERARIVM EXHAVSTVM. *Incredibiles sunt angustiae pecuniae publicae*, quae conquiritur vndique, vt optime meritis militibus promissa soluantur. XIV. 15.

AESTIMARE. *Magna est hominum opinio de te, magna commendatio* liberalitatis, *magna memoria* consulatus tui. II. 1. Ibi malis esse, *vbi aliquo numero sis*, quam istic, vbi solus sapere videare. II. 13. *Vide quantum tibi meo iudicio tribuam.* III. 23. *Incredibile est quanti faciamus* et ego, et frater meus, M. Taenium. IV. 17. *Pluris ex omni nobilitate neminem facio.* IV. 18. Quum vniuerso ordini publicanorum *multum semper libentissime tribuerim.* IV. 19. Nollem accidisset tempus, in quo perspicere posses, quanti ego te, quanti Pompeium, *quem vnum ex omnibus, facio, vt debeo, plurimi*, quanti Brutum facerem. VI. 1. *Ego tibi tantum tribuo, quantum mihi fortasse arrogo.* VII. 11. Et nos ceterique, *qui te* non ex fortuna, sed *ex virtute tua pendimus, semperque*

que pendemus. VIII. 19. Tuae scientiae excellenti ac singulari, *non multo plus*, quam nostrae *relictum est loci.* IX. 1. Ipsas ego Musas *nunquam tanti putassem*, atque id feciſſem, Musis omnibus approbantibus. XVI. 10. Quem quidem *multo etiam pluris*, posteaquam decessi, *facere coepi.* XVI. 34.

Affectvs cohibere. In omnibus seculis pauciores viri reperti sunt, *qui suas cupiditates*, quam qui hostium copias, *vincerent.* V. 1.

Affici animo. *Repente percussus est* atrociſſimis litteris. VI. 2. *Varie sum affectus* tuis litteris, *valde* priore pagina *perturbatus*, *paulum* altera *recreatus.* VI. 20. *Exanimatus sum* tuis litteris, quibus te nihil nisi triste cogitare ostendisti. VII. 12. Vidisti me quoque *ita conturbatum*, *vt non explicarem* quid esset optimum factu. VIII. 20. Quia fieri potest, vt ea *perturbatiore animo cogites.* IX. 24.

Agere. *Multi suam rem bene gessere et publicam*, patria procul; multi qui domi aetatem agerent, propterea sunt improbati. II. 6. Vbi porro illa erit formula fiduciae, vt *inter bonos bene agier oportet?* III. 2. Vt *aliquid negotii gerere* possem. IV. 2. Pro meis *ob* Remp. *susceptis laboribus.* VI. 10.

Sed hoc nihil ad te, *noſtrum eſt onus.* VI. 12. *Nullum maius negotium ſuſcipere volui.* VII. 6. Quod opus erit, vt res tempusque poſtulat, *prouideas atque adminiſtres.* VII. 20. *Natus ad agendum ſemper aliquid dignum viro,* nunc non modo agendi rationem nullam habeo, ſed ne cogitandi quidem. IX. 3. *Certe omnes vias perſequar, quibus putabo ad id, quod volumus, peruenire poſſe.* IX. 3. *Agam per me ipſe et moliar.* IX. 5. *Totum negotium tu ſuſtineas, oportet.* IX. 23. *Non hoc eſt tui muneris,* --- ſed *totum tuum eſt onus.* ibid. Et amorem eius *in ſuſcipiendo negotio* perſpexi, et fidem *in conficiendo.* IX. 25. Operam des, vt per te *quam commodiſſime negotium -- adminiſtretur,* quam primumque conficiatur. IX. 26. *Vt negotium conficiendum cures, ipſe ſuſcipias, tranſigas.* IX. 29. *Si minus cumulate videberis feciſſe* aliquid eius cauſa. X. 7. Non te impedio, quo minus *ſuſceptum negotium,* pro tua fide et diligentia, *ex voluntate* Caeſaris, qui tibi rem magnam difficilemque commiſit, *gerere poſſis.* XI. 24. Tu, mi Cicero, *quod adhuc feciſti, idem praeſta,* vt vigilanter neruoſeque nos, qui ſtamus in acie, ſubornes. XV. 18. Dum perducerem eo rem, *vt dignum aliquid* et conſulatu meo, et veſtra expectatione *efficerem.* XIII. 15.

ALACRIS.

ALACRIS. *Ecquem vidisti* Caesare nostro *acriorem in rebus gerendis?* VII. 7.

ALIENVS. *Abhorrent* enim *a communibus praeceptis* (nostra.) II. 13. *Quum abhorrerem ab* vrbe relinquenda. VII. 13. *Ab omni omnium* solicitatione *auersi.* XVI. 16.

ALLICERE. Reliquas quoque legiones non destiti litteris atque *infinitis pollicitationibus incitare.* XV. 19.

AMARE, NON AMARE. Timuissent, *ne quae mihi pars abs te voluntatis mutuae tribueretur.* I. 3. Quod autem scribis, *pro mutuo inter nos animo,* quid tu existimes in amicitia mutuum, nescio; equidem hoc arbitror, *quum par voluntas accipitur et redditur.* ibid. *Si quid residet in te amoris erga me.* I. 4. Quid Cicero meus, quid aget? *Iste vero sit in sinu semper et complexu meo.* I. 6. Pisonis humanitas, virtus, *amor in omnes nos tantus est, vt nihil supra possit.* I. 8. Ita tibi persuadeas, *mihi te charius nihil esse.* I. 9. *Gratiam nostram extinguit* hominum suspicio. I. 11. Si poteris, velim *pristinam tuam erga me voluntatem conserues.* I. 19. Inimicum meum -- *sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fouebant, sic* me praesente *osculabantur.* II. 13. Sic tibi persuade *charissimum te mihi esse,* quum *propter multas suauitates* ingenii, officii, humanitatis tuae, tum

tum quod &c. III. 16. Pomponium Atticum *sic amo, vt alterum fratrem.* III. 21. Hoc tuo facto, *te acrius vehementiusque diligo.* III. 30. *Neque vero tu in me diligendo cuiquam concessisti tuorum.* V. 3. *Mirifice eum diligo*, cum propter summum eius ingenium, summamque doctrinam, tum propter singularem modestiam. V. 9. *Complexus* igitur sum *cogitatione* te absentem, epistolam vero *osculatus.* VI. 5. *Non facile diiudicatur amor verus et fictus, nisi aliquod incidat eiusmodi tempus, vt* quasi aurum igne, sic *beneuolentia fidelis periculo aliquo perspici possit.* VIII. 15. *A me vero sic diligitur, vt tibi vni concedam, praeterea nemini.* IX. 1. Quod *me amicissime quotidie magis* Caesar *amplectitur, familiares* quidem *eius sicuti neminem.* IX. 16. *Ad* hos lepores *quum amor erga me tantus accedat.* IX. 18. *Est* praeterea --- *a nostris studiis non abhorrens.* IX. 27. *Tu mihi haeres in medullis.* X. 31. Multa illius in me officia, multa in illum mea quodque maximum est, *summus inter nos amor et mutuus.* XII. 2. His tuis factis *sic incensus sum, vt nihil vnquam in amore fuerit ardentius.* XII. 9. *Tantum accessit ad amorem, vt mirarer locum fuisse augendi in eo, quod mihi iam pridem cumulatum esse videbatur.* --- *Tantum accessit*, vt mihi *nunc denique amare*

mare videar, *antea dilexisse*. XII. 9. Valeas, *meque ames amore illo tuo singulari*. XII. 11. *Omnia me tua delectant, sed maxime* maxima cum fides in amicitia, consilium, grauitas, constantia. XII. 12. *Quem semper dilexi libenter*, quo magis iure colere atque obseruare deberem, fecit. XII. 13. Illud erat amoris mei, *quem a tua pueritia susceptum, non seruaui solum, sed etiam auxi*. XII. 20. *Admirabilis est quaedam tui nominis charitas, amorque in te singularis omnium ciuium*. XIII. 2. Quem tu -- *in ore et amore semper habuisti*. XIII. 7. Caesarem vero, quod me --- vetustissimorum familiarium loco habuit, *dilexi summa cum pietate et fide*. XIII. 12. *Mirifice te diligit, charumque habet*. XIV. 9. Filius tuus *fratris loco mihi est*, qui ex te natus, teque dignus est. XV. 14. Me diligas rogo, *proprieque tuum* esse tibi persuadeas. XVI. 6. vid. AMICVM ESSE.

AMBITIOSVS. *Si quisquam fuit vnquam remotus et natura, et magis etiam*, vt mihi quidem sentire videor, *ratione atque doctrina, ab inani laude et sermonibus vulgi, ego profecto is sum*. V. 1. *Non nimis concupiscendus honos*, sed tamen si deferatur a senatu, minime aspernandus esse videtur. VI. 10. *Hominem peruetum, etiamnum gloria volunt incendere*. X. 35. *Sum auidior etiam, quam satis est*,

est, gloriae. XII. 9. *Nihil est, quod non existimetur laudis et gloriae causa facturus.* XII. 27.

AMICITIA IVCVNDA. *Est omnino patriae charitas*, meo quidem iudicio, *maxima*; sed *amor voluntatisque coniunctio, plus certe habet suauitatis.* XIII. 5.

AMICITIAM FACERE, COLERE &c. De me sic existimes ac tibi persuadeas, vehementer velim, *non me repentina aliqua voluntate, aut fortuito, ad tuam amplitudinem meis officiis amplectendam incidisse, sed* vt primum forum attigerim, *spectasse semper, vt tibi possem quam maxime esse coniunctus.* II. 4. In hac sententia *amplectendus erat mihi* Caesar, vt vides, coniuncta et causa et dignitate. II. 13. Collegiique coniunctio --- *non mediocre vinculum mihi quidem attulisse videtur, ad voluntates nostras copulandas.* III. 20. Quare *da te homini, complectetur, mihi crede.* III. 23. *Confirmata amicitia et perspecta fide.* III. 26. Caesar, qui solet infimorum hominum *amicitias sibi*, qualibet impensa, *adiungere.* III. 27. Quorum sunt *de amicitia gerenda* praeclarissime scripti libri. IV. 7. Postremo, vt *amicitia nostra, quae summis officiis ab vtroque culta est, --- confirmaretur vehementius.* V. 8. *Quid illa vincula, quibus quidem libentissime adstringor, quanta sunt!*

sunt! studiorum similitudo, suauitas consuetudinis, delectatio vitae atque victus, sermonis societas, litterae interiores. VI. 1. *Tum accedit*, mea quidem sententia, *maximum vinculum.* VI. 11. Nam et amplectar eius familiarissimos, qui me ad modum diligunt, multumque mecum sunt, et *in ipsius consuetudinem*, quam adhuc meus pudor mihi clausit, *insinuabo*, et certe omnes vias persequar, quibus putabo ad id, quod volumus, peruenire posse. IX. 3 *Veteres mihi necessitudines cum his omnibus intercedunt* --- principem tamen habuimus Pansam, *tui studiosum, mei cupidum.* IX. 14. *Ad amicitiam se meam contulit.* IX. 25. *Hoc fecit amicitiam nostram firmiorem.* ibid. Bonos viros *ad tuam necessitudinem adiunxeris.* IX. 26. *Amicitia peruetus mihi cum eo est*, vt primum in forum venit, *instituta.* X. 5. *Quam ego necessitudinem sancte colendam puto.* X. 7. *Si eum in amicitiam tuam receperis.* X. 11. *Quod vinculum? quae res deest nostrae coniunctioni?* XI. 14. *Qui nouas necessitudines adiungit.* XI. 23. Grata mihi est memoria tua nostrae *coniunctionis*, et eius etiam *augendae* voluntas. XII. 7. Post mortem Caesaris *totum te ad amicitiam meam contulisti.* XII. 16. Ego tamen Antonii *inueteratam, sine vlla offensione, amicitiam retinere sane volo.*

volo. XII. 18. Quam (*amicitiam*) *sanctissime nobis colendam puto.* XII. 20. Qui paternam *amicitiam nullis ipsi officiis prosequuti sunt.* XII. 38. Ego, Plance, *necessitudinem constitutam habui cum* domo vestra, --- *amorem* autem *erga te* ab ineunte pueritia tua, confirmata iam aetate *familiaritatem*, cum studio meo, tum iudicio tuo, *constitutam.* XIII. 3. v. AMICVM ESSE.

AMICVM ESSE, HABERE. Illud non dubito, quin *si te mea summa erga te studia parum mihi adiunxerunt*, Resp. *nos inter nos conciliatura coniunctura*que *sit.* I. 1. Vt tibi multo maiori, quam Africanus fuit, me non multo minorem, quam Laelius, *facile* et in Rep. et *in amicitia adiunctum* esse patiare. I. 1. *Tam* enim *amicus sum* Reip., *quam qui maxime.* I. 3. Ego te mihi semper amicum esse volui, *me vt tibi amicissimum esse intelligeres, laboraui.* I. 3. *Vos -- volui esse quam coniunctissimos.* I. 8. Cognoui Hortensium *percupidum tui, studiosum* Lucullum, ex magistratibus autem, L. Racilium *et fide et animo in te singulari.* II. 1. Praeterea quidem de consularibus *nemini possum aut studii erga te, aut officii, aut amici animi esse testis.* II. 1. *Qui nos* -- fauendo *in communi causa retinere potuerunt.* II. 1. Ego quidem, vt debeo, et vt tute mihi praecepisti, et vt me dignitas vtilitasque cogit,

git, *me ad eius rationes adiungo.* II. 2. Quo quidem ex tempore, memoria teneo, *neque meam tibi obseruantiam, neque mihi tuam summam beneuolentiam ac liberalitatem defuisse.* II. 4. Vide quam mihi persuaserim *te me esse alterum*, non modo in iis rebus, quae ad me ipsum, sed etiam in iis, quae ad meos pertinent &c. II. 5. *Me quidem certe tuarum actionum, sententiarum, voluntatum, rerum denique omnium socium, comitemque habebis*; neque mihi in omni vita res erit tam vlla proposita, quam vt quotidie vehementius, te de me optime meritum esse, laetere. II. 13. Existimes *neminem cuiquam neque cariorem, neque iucundiorem vnquam fuisse, quam te mihi.* ibid. Nam illo si veneris, *tanquam Vlysses cognosces tuorum neminem.* ibid. Illud profecto cognosces, *mihi te neque cariorem, neque iucundiorem esse quemquam.* III. 8. Tu vero, qui et fortunas et liberos *habeas*, et *nos* ceterosque, *necessitudine et beneuolentia tecum coniunctissimos.* III. 13. *Me habuit suorum* defensorum et *amicorum fere principem.* III. 21. Vt Deiotarum fidelissimum regem, atque amicissimum Reip. nostrae, *maxime coniunctum haberem.* IV. 1. *Ego vt me tibi amicissimum esse, et aequi et iniqui intelligant, curabo.* IV. 2. *Mea ratio in tota amicitia nostra constans et grauis reperietur.* IV. 7. Quem ego perspi-

cio et iudico *cupidissimum esse atque amantissimum* mei. IV. 11. Semper sic in animo habui, *te in meo aere esse*, propter Lamiae nostri coniunctionem et *singularem necessitudinem*. IV. 16. Quintum fratrem meum, si me diligis, *eo numero, cura vt habeas, quo me*. ibid. *Mirificus enim generis ac nominis vestri fuit erga me semper animus*. V. 3. *Neque saluti meae, neque honori amicior quis quam dici potest*. V. 3. *Me tibi non amicum modo, verum etiam amicissimum existimes velim*. V. 7. Multi anni sunt, quum ille *in aere meo est, et a me diligitur*, propter summam suam humanitatem et obseruantiam. Sed tamen quod *te ab eo egregie diligi* sensi, *multo amicior ei sum factus*. V. 8. Et honorificus in me consul fuit, et *suauis amicus, et studiosus studiorum etiam meorum*. V. 16. Iam me Pompeii *totum esse scis*, Brutum a me amari intelligis. *Quid est causae, cur mihi non sit in optatis complecti hominem* florentem aetate, opibus, honoribus, ingenio, liberis, propinquis, affinibus, amicis? V. 16. Ego autem citius *cum eo*, qui tuas inimicitias suscepisset, *veterem coniunctionem diremissem*, quam nouam *conciliassem*. VI. 1. Non dubito, quin scias *in iis necessariis*, qui tibi a patre relicti sunt, *me tibi esse vel coniunctissimum*, non *iis* modo *causis*, quae speciem habent magnae con-

coniunctionis, sed iis etiam, *quae familiaritate et consuetudine tenentur; quam scis mihi iucundissimam cum* patre tuo *et summam fuisse.* VIII. 5. *In omni genere et honorum et laborum meorum*, et animus, et opera, et autoritas, et gratia, etiam *res familiaris* C. Capitonis, *praesto fuit et patuit et temporibus et fortunae meae.* ibid. *Omnibus officiis amicitiae diligenter a me sancteque seruatis*, ne hoc quidem praetermittendum esse duxi. VIII. 19. *Viuebat mecum coniunctissime.* IX. 22. Velim *eum quam liberalissime complectare.* IX. 27. *Omnia mihi cum eo intercedunt iura summae necessitudinis.* IX. 29. Vt intelligeres me non vulgariter, nec ambitiose, sed vt pro *homine intimo ac mihi perneccessario* scribere. IX. 30. Vt eum recipias in fidem, *habeasque in numero tuorum.* ibid. *Cum eo mihi summa familiaritas necessitudoque est.* IX. 31. Domus eius tota mihi patuit -- *Maximum vinculum mihi cum eo est, quasi sanctioris cuiusdam necessitudinis.* X. 5. *Ea mecum necessitudine coniunctus est.* X. 14. Audierat, *quam suauis esset inter nos et quanta coniunctio.* ibid. Hos mihi *maxime esse coniunctos vetustate, officiis, beneuolentia.* X. 20. Quem *in fidem atque amicitiam meam reciperem.* X. 36. Et si *te aliqua necessitudine attingunt.* XI. 25. Sic habeto -- (alios) *coniuncti-*

iunctiores tecum esse, quam me, necessitudine neminem. XII. 7. *Nemo est mihi te amicus antiquior*; sed vetustas habet aliquid commune cum multis, amor non habet. XII. 12. Non enim *amore te vinco.* XII. 18. Nunc me amantissimum tui, *nemini concedentem, qui tibi vetustate necessitudinis potior possit esse.* XIII. 3. (Causae) *quibus inter nos amore sumus, officiis, vetustate coniuncti.* XIII. 16. *Cum eo summa mihi necessitudo est,* multis eius officiis, et meis mutuis *constituta.* XIV. 11. Etsi *omni tempore summa studia, officiaque mutua inter nos, certatim constiterunt*, pro nostra inter nos familiaritate, *et proinde diligenter ab vtroque conseruata sunt.* XIV. 18. Nec vir melior, mi Testa, *nec mihi amicior* P. Silio *quisquam est, te tamen excepto.* XVI. 8. *Qui cum consuetudine quotidiana, tum officiis plurimis maximisque mihi coniunctus est.* XVI. 17. Sic enim existimes velim, *mihi cum eo non modo quotidianam consuetudinem summam intercedere, sed etiam officia magna et mutua nostra inter nos esse.* XVI. 20. *Multis et veteribus causis necessitudinis mihi coniunctus est.* XVI. 22. Tantae mihi cum Q. Hippio causae necessitudinis sunt, *vt nihil possit esse coniunctius, quam nos inter nos sumus.* XVI. 27. v. CHARVS.

AMITTERE. Graui teste *priuatus sum* amoris

moris ſummi erga te mei. III. 7. Tam inconſtantem (me putas eſſe) vt *collectam gratiam* florentiſſimi hominis *effunderem*, a meque ipſe deficerem. VII. 13. Exiſtimabam id, quod erat, *omnes* me et induſtriae meae *fructus*, et fortunae *perdidiſſe*. XI. 3. v. CARERE.

ANNVMERARE. *In* mercedis *potius*, *quam* beneficii *loco numerare*. III. 12. Te rogo, vt eum *in tuorum numero habeas*. III. 29. Quae ego *in beneficii loco non pono*. V. 1. Erat enim *adſcriptus in* id municipium. X. 18. Id ego in lucris *pono*. XI. 19. *Socium me adſcribit* tuis laudibus. XII. 9.

APPELLARE. Quum illud ipſum *grauiſſimum et ſanctiſſimum nomen* pietatis, *leuius mihi* meritis erga me tuis *eſſe videatur*. II. 13. Hoc ſubito *cognomen arripuit*. XII. 11.

APPROBARE. Nunc velim tibi ſic perſuadeas, -- me exiſtimaturum, ſummam mihi laudem tributam, *ſi tu honorem meum ſententia tua comprobaris*. V. 1. *Non eſt idem ferre*, ſi quid ferendum eſt, *et probare* ſi quid probandum non eſt. VIII. 14. Quae enim faciemus, ea *prudentiſſimo cuique maxime probata eſſe volumus*. IX. 6.

APTVS. vid. IDONEVS.

ARMARE. Sero enim nos iis *armis* aduer-

sari videbam, quae multo ante *confirmata per nosmet ipsos erant.* X. 1.

ASSEVERANDI FORMVLAE. *Moriar ni* --- puto. III. 3. Quis hoc putaret, praeter me? nam *ita viuam* putaui. *Dii immortales!* quam ego risum nostrum desidero. IV. 16. De me tibi sic, *contestans omnes deos*, promitto atque confirmo. VI. 1. *Peream, si* minima causa est properandi. VII. 7. Nam tecum esse, *ita mihi commoda omnia, quae opto, contingant, vt* vehementer velim. VIII. 8. *Peream, nisi* solicitus sum. X. 32. Solicitat, *ita viuam*, me tua, mi Tiro, valetudo. XI. 7. *Ne viuam, si* tibi concedo, vt eius rei cupidior sis, quam ego sum. XVI. 10.

ASPICERE. *Tanti non fuit* Arsacen capere, Seleuciam expugnare, *vt earum rerum*, quae hic gestae sunt, *spectaculo careres.* VI. 15. *Nosti oculorum meorum in hominum* insolentium *indignitate fastidium.* VII. 13. Sed *incurrit haec nostra laurus* nonsolum *in oculos*, sed etiam in voculas maleuolorum. VII. 13. Quod autem a tuis abes, id eo leuius ferendum est, quod eodem tempore *a multis ac magnis molestiis abes.* IX. 1. vid. VIDERE.

ASSISTERE. *Ad eorum causam me adiungerem.* II. 13. *Omnes vires ciuitatis se ad* Pompeii *ductum applicauerunt.* VI. 5. Homines

mines in dissensione domestica debent, quam diu ciuiliter sine armis certetur, *honestiorem sequi partem*; vbi ad bellum et castra ventum sit, *firmiorem*, et id melius statuere, quod tutius sit. VI. 15. *Eos mirifice coniunctos cum causa habebamus.* Erat *firmissimus* Senatus, --- L. Caesar *firmus est et rectus.* XIII. 8. Nisi te cum libertate populi R. et *cum* Senatus *autoritate coniunxeris.* XIII. 13. *Seiunge te, quaeso, aliquando ab iis, cum quibus te* non tuum iudicium, *sed temporum vincula coniunxerunt.* XIII. 3. Talem igitur te esse oportet, qui primum *te ab impiorum ciuium, tui dissimillimorum, societate seiungas.* ibid. *Rempublicam*, quam spem praedae et rapinae *sequi* maluerunt. XIV. 9. Nunc vero *quum sim cum tironibus egentissimis.* XIV. 17. Jurauerant Rhodii, *eosdem hostes se habituros, quos Senatus populusque Romanus.* XV. 15.

ATTENDERE. *Cuius studium* in legendo *non erectum* Themistoclis fuga reditusque *retinetur?* I. 18. *Si cuius aures ad* hanc disputationem *patent.* IV. 7. Cassius tuus et Dolabella noster, --- studiis iisdem tenentur, et *meis aequissimis vtuntur auribus.* VIII. 16.

AVARVS. *Pecuniae dulcedine captus.* XII. 13.

AVCTORITATEM HABERE. *Summa tua autoritas* fecit, *meumque perpetuum de tua singulari virtute iudicium.* V. 1. *Si autoritate* et gratia *tantum possem*, quantum posse deberem. IX. 5. Non iis rebus pugnabamus, quibus *valere* poteramus, consilio *autoritate*, causa, *quae erant in nobis superiora.* IX. 7. *Constitui apud te autoritatem* augurii. IX. 16. Scio enim *eius ordinis autoritatem semper apud te magni fuisse.* IX. 33. Olim quum *regnare* existimabamur. XI. 19. *Nutus tuus potest hominem --- incolumem* in ciuitate *retinere.* XIV. 11. *Si nos vestra autoritate firmaueritis.* XV. 15. Vehementer opus est nobis *et voluntatem, et autoritatem, et imperium tuum accedere.* XVI. 37. Intellexit, *hominis nullius apud te autoritatem, aut gratiam valere plus, quam meam.* XVI. 37.

AVDIRE. Quum illud idem *auribus percipias.* IX. 12. Etsi abest maturitas aetatis, iam tamen *personare aures eius huiusmodi vocibus*, non est inutile. X. 28. v. ATTENDERE, NARRARE.

AVGERE. Te rogo vt memineris, *quantaecunque tibi accessiones fient* et fortunae et dignitatis &c. III. 6. Quod si feceris, *magnus ad* tua pristina erga me studia *cumulus accedet.* III. 33. Ita magnum beneficium tuum *magno cumulo auxeris.* IV. 16. *Ad* amorem

vihil

nihil poterat accedere. VII. 36. *Nihil videbatur ad* meum erga te priſtinum ſtudium *addi poſſe.* VI. 9. *Quantum ex* noſtro amore *acceſſionis fieri poteſt.* X. 6. *Tantum acceſſit ad* amorem, *vt mirarer locum fuiſſe augendi in eo, quod mihi iam pridem cumulatum eſſe videbatur.* XII. 9. *Quis erat, qui putaret ad* eum amorem -- *poſſe aliquid accedere? Ad* amorem meum *aliquantulum* diſcedens *addidiſti.* XII. 11. *Auctо* exercitu, auxiliisque *multiplicatis.* XIII. 14. *In dies* vero meritorum meorum *fieri acceſſiones*, peruidere te ſpero. XIV. 3. *Nihil ad* meam dignitatem *accedere volo*, ſuffragatione veſtra. XIV. 3. *Magnam* etiam perditi hoſtes *acceſſionem ſibi feciſſent.* XIV. 20. Vt *ad ea*, quae tua ſponte faceres, -- *aliquem afferant cumulum* meae litterae. XVI. 33.

Αυτοδιδακτος. vid. INTERPRETARI.

Αυτοχειρ. Aut ad Jubam confugiendum, aut capiendus tanquam exilio locus, aut *conſciſcenda mors voluntaria.* VIII. 20. *Mortem mihi cur conſciſcerem*, cauſa nulla viſa eſt. ibid. *Manus*, quas iuſtius in Lepidi perniciem armaſſet, *ſibi afferre conatus eſt*, in quo caſu tamen interpellatus adhuc viuit. XV. 18. vid. INTERFICERE.

AVXILIARI. Tantum mihi ſpei dederant, vt *in te non minus auxilii*, quam in tuo colle-

ga, *mihi constitutum fuerit.* I. 10. Aut consolando, *aut consilio, aut re iuuero.* II. 11. Hoc a te peto, vt *subuenias huic meae solicitudini.* III. 12. Vt *leuarem miseriis* perditas ciuitates. IV. 7. *Leua me hoc onere.* VI. 9. Profecto *aliquid opis* occidenti Reip. *tulissemus.* VII. 11. Si quid est, in quo *nobismet ipsis consulere* possimus. VII. 11. *Ad* bestiarum *auxilium confugere.* VIII. 14. *Quibus ego si quam medicinam inuenirem*, tibi quoque eandem traderem. IX. 14. Sed *est vnum perfugium* doctrina ac litterae. ibid. Scripsit, *sibi* meam commendationem *maximo adiumento fuisse.* X. 12. Etiam sine mea commendatione *ab aequitate tua res ipsa impetrare debet, vt ei subuenias.* X. 25. Rufus *mihi omni diligentia atque officio est tuendus.* X. 27. Multos *miseriis leuauit*, *et se in his* malis *hominem praebuit.* X. 30 Quod illius *tanti vulneris quae remedia esse debebant, ea nulla sunt.* XI. 14. Hortarer, *vt eorum fortunis consuleres.* XI. 23. *Subueni* patriae, *opitulare* collegae, omnium gentium consensum et incredibilem conspirationem *adiuua.* XIII. 16. Etsi Reip. causa maxime gaudere debes, *tantum ei te praesidii, tantum opis attulisse.* XIII. 17. *Quo studiosius eum, quibuscunque rebus possis, iuues.* XVI. 33. vid. Juvare.

Bella-

BELLARE. Qui vrbem incendere; magistratus ac senatum trucidare, *bellum maximum conflare voluissent.* I. 3. Sic illi amores et inuidiosa coniunctio non ad occultam recedit obtrectationem, sed *ad bellum erumpit.* VI. 15. Video magnas impendere *discordias*, quas *ferrum et vis iudicabit.* Vterque *et animo et copiis est paratus.* ibid. Sed *incidi in ipsam flammam ciuilis discordiae, vel potius belli.* VII. 1. Milites, qui durissimis et frigidissimis locis, teterrima hieme, *bellum* ambulando *confecerunt.* VII. 7. Ciuitas *ad arma iit.* VII. 7. Rem vides quomodo se habeat, *orbem terrarum* imperiis distributis *ardere bello*, vrbem sine legibus, sine iudiciis, sine iure, sine fide, *relictam direptioni et incendiis.* VII. 11. Videbam quanto periculo *de iure publico disceptaretur armis.* VIII. 1. Nunc quando confecta sunt omnia, dubitandum non est, quin *equis*, *viris.* VIII. 13. Consilium tuum *in armis* ciuilibus *commorandi*, semper mihi magno dolori fuit. IX. 5. *Non iis rebus pugnabamus*, quibus valere poteramus; -- sed *lacertis et viribus*, quibus pares non eramus. IX. 7. Ostendisti, sapientem et bonum ciuem *initia belli* ciuilis *inuitum suscipere, extrema* non libenter *persequi.* IX. 7. *Renouare bellum* conati sunt. ib. Postquam *armis disceptari* coeptum

coeptum est *de iure publico*. IX. 11. Quem illi appellant *tubam belli* ciuilis. IX. 14. Quum recordaret -- *te in hoc ipsum bellum esse ingressum*. ibid. Disiunctione ciuile *bellum excitari* videbam. IX. 16. *Susceptum bellum est*, quiescente me, *depulsum ex* Italia, manente me. ibid. Nemo est tam inimicus ei causae, *quam* Pompeius *animatus melius, quam paratus, susceperat*. ibid. Si explorata victoria, *arma sumsisses pro* Rep. ibid. Docebam *pilis et gladiis*, non consiliis et autoritatibus nostris *de iure publico disceptari*. X. 1. Necesse est enim aut *armis vrgeri Remp. sempiternis*, aut his positis, recreari aliquando. X. 4. Quod *bellum commotum* a Scapula ita postea *confirmatum est* a Pompeio, *vt nulla ratione se ab illa miseria eripere posset*. IX. 34. *Istic bellum est exortum*. XI. 22. *Contra me arma tulit*, et eum bello cepi. XI. 29. *Bellum* ciuile *suscitare*. XII. 19. Posteaquam *itum est ad arma*. XIII. 12. Vel *omnem impetum belli in me conuertere* non recusem. XIII. 14. Recipere me coepi, et *leuem armaturam opponere* Maurorum equitibus. XIV. 1. Ne *bellum nobis redintegrare* possit. XIV. 6. Si contra importunissimos latrones *arma cepi*, te hortante et autore. XIV. 9. *Obiicere hosti exercitum fidelissimum, maxima auxilia*. XIV. 21. Qui

enim

enim Antonium oppreſſerit, is *hoc teterrimum bellum periculoſiſſimumque confecerit.* XV. 3. *Locum belli gerendi mutauit.* XV. 4. Qui reliquias huius belli oppreſſerit, eum *totius belli confectorem fore.* XV. 13. Patientia *alere bellum.* XV. 18. Vt *extingueret bellum.* ibid. Quem ego *ad bellum commune vocare* non deſino. XVI. 4. v. SEQVENTES TITVLOS.

BELLICOSVS. *Incideram in hominum pugnandi cupidorum inſanias.* VII. 11. Iis enim rebus praeſtabamus, quae non prodeunt in aciem, *vſu autem armorum, et militum robore inferiores eramus.* X. 1. Quis enim eſſet, qui illum *tam furioſum* arbitraretur, vt qui in maximo bello pacem velle ſe dixiſſet, is *in optatiſſima pace bellum Reip. indiceret.* XIV. 16.

BELLVM. Si Parthus mouet aliquid, *ſcio non mediocrem fore contentionem.* III. 28. Quum *magnum bellum in* Cappadocia *concitaretur.* V. 1. De ſumma Rep. ſaepe tibi ſcripſi, *me etiamnum pacem non videre*, et *quo propius ea contentio*, quam fieri neceſſe eſt, *accedit*, eo clarius id periculum apparet. VI. 15. *Bellum paratum eſt*, eiusmodi tamen, *quod ille ſuſtinere non poſſit.* VII. 5. Vide, quaeſo, ſatisne rectum ſit, nos *hoc tanto incendio ciuitatis*, in iſtis locis eſſe. VIII. 9.

Quia

Quia tanta perturbatio et confusio est rerum, *ita perculsa et prostrata foedissimo bello iacent omnia.* IX. 11. Aut *oppressum iam bellum* esset, *aut in* aduersissimam illis Hispaniam, cum detrimento eorum maximo, *detrusum.* XVI. 6. *Duriori conditione bellum sustinemus.* ibid.

BELLVM RENOVATVM. Vt enim grauius aegrotant ii, qui quum leuati morbo viderentur, in eum de integro inciderunt; sic vehementius nos laboramus, qui *profligato bello ac pene sublato, renouatum bellum gerere conamur.* XIV. 15. *Non modo non restinctum bellum, sed etiam inflammatum videtur.* XV. 4. Sed *bellum istic renatum* homines mirantur. XV. 8. *Confecto bello,* vt arbitrabamur, *renouatum bellum gerimus.* XVI. 1.

BENEFICVS. *Tanta enim magnitudo est tuorum erga me meritorum, vt* quoniam tu nisi perfecta re, de me non conquiesti, *ego,* quia non idem in tua causa efficio, *vitam mihi esse acerbam putem.* I. 11. Quid enim aut me ostentem, qui *si vitam pro dignitate tua profundam, nullam partem videor tuorum meritorum assecutus.* I. 14. *Tibi tua praestanti in eum liberalitate deuinctus.* II. 1. Vt eum *meis omnibus studiis et beneficiis ornatissimum* domum reducerem. II 5. *Si quam plurimum in te studii, officii, liberalitatis suae contulisset.*

II. 8.

II. 8. Quum vero *in* hunc sensum et *alliciar beneficiis* hominum, et compellar iniuriis. II. 13 Sed quia *tua in me vel nota omnibus*, vel ipsa nouitate meorum temporum, *clarissima et maxima beneficia extiterunt*. III. 12. *Et me summo beneficio affeceris*. IV. 20. Patris tui *beneficia in me sunt amplissima*. V. 3. Optimum virum *ad tuam necessitudinem tuo summo beneficio adiunxeris*. VIII. 5. *Quibuscunque rebus (illi) benigne feceris*. IX. 33. *Magnis meis beneficiis ornatus*. X. 13. Si hominem per te recuperaro, *summo me a te beneficio affectum arbitrabor*. XI. 16. Si eos *mirifice de Rep. meritos esse* animaduertis. XIV. 9. Quod si erit factum, et Remp. *diuino beneficio affeceris*, et ipse aeternam gloriam consequere. XIV. 10. Peto, vt ea quae initio ostendisti, deinceps feceris, *etiam ad exitum augeri et cumulari per te velis*. XVI. 16.

Benevolvm reddere. Careo omnibus amicis, *quorum beneuolentiam nobis conciliarat* per me quondam, te socio, defensa *Respublica*. IX. 3. vid. Conciliare.

Benevolvs. Nullum meum minimum dictum, non modo factum, pro Caesare interceſſit, *quod ille non ita illustri gratia exceperit, vt ego eum mihi deuinctum putarem*. II. 13. Noui animum cum mihi amicissimum, tum *nulla in* ceteros *maleuolentia suffusum*. ibid.

In-

Inprimis me delectauit, *tantum studium bonorum* in me extitisse. III. 15. *Vehementer enim eius causa cupere eum*, intellexi. IV. 18. Si autem natura es φιλαδιος, *illud non perficies, quo minus tua causa velim.* -- Haec ad te scripsi liberius, fretus conscientia officii mei, *beneuolentiaeque, quam a me certo iudicio susceptam*, quoad tu voles, *conseruabo.* V. 7. *Nihil est enim quod studio et beneuolentia, vel amore potius effici non possit.* V. 12. Mirandum est -- *nullam ne in tabellae quidem latebra fuisse absconditam maleuolentiam*, quae te impugnare auderet. VI. 9. *Talium virorum tanta studia assequi sola virtus potest.* VI. 12. Quasi aurum igne, sic *beneuolentia fidelis periculo aliquo perspici potest.* VIII. 15. Videor mihi perspicere primum ipsius *animum*, qui plurimum potest, *propensum ad salutem tuam*; non scribo hoc temere. IX. 3. *Vt nihil sit, quod non ipsum* Caesarem *tributurum existimem.* IX. 8. Omnes Caesaris familiares satis opportune *habeo implicates consuetudine et beneuolentia, sic vt* quum ab illo discesserim, *me proximum habeant.* IX. 14. Quos aeque atque te *summa beneuolentia sum complexus.* IX. 20. Tu pro tua prudentia, quibus rebus gaudeat, *quibus capiatur* Caesar, tenes. IX. 23. *Velim eum quam liberalissime complectare.* IX. 27. *Non est obscura tua in me beneuolentia.*

IX. 31.

IX. 31. Quaeso, vt *ad eam voluntatem, si quam in illum* ante has meas litteras *contuliſti, quam maximus* poſtea commendatione *cumulus accedat.* X. 5. Vt eum *etiam atque etiam tuis officiis, liberalitate complectare.* X. 12. *Mirabilis eum* virorum bonorum *beneuolentia proſequuta eſt.* X. 30. *Nullum vnquam fuiſſe tempus, neque honorum, neque laborum meorum, in quo non huius* municipii *ſtudium in me extiterit ſingulare.* XI. 25. Municipium, *quod ſit mihi neceſſitudine, officiis, beneuolentia coniunctiſſimum.* ibid. *In quem mea propenſa et perpetua fuiſſet atque eſſet beneuolentia.* XII. 13. *Mea tibi beneuolentia fidesque praeſtabitur.* XII. 24. *Beneuolentia, quam erga me,* a pueritia, *contuliſſes.* XIII. 5. Nunc ea cauſa tibi datur, *in qua facile declarare poſſis tuam erga me beneuolentiam.* XVI. 17. Cuius calamitas etiam *officioſiorem me facit in illum*; nam beneuolentior, quam ſemper fui, eſſe non poſſum. XVI. 25. vid. CONCILIARE, FAVERE.

BLANDIRI. vid. ADVLARI.

BLANDIENDI FORMVLAE. *Hem mea lux! meum deſiderium!* I. 7. Obſecro te, *mea vita.* ibid. Si tu et Tullia, *lux noſtra,* valetis, ego et *ſuauiſſimus Cicero* valemus. VI. 16. *Vos, mea ſuauiſſima et optatiſſima* Terentia et Tulliola, ſi nos amatis, curate vt valeatis. ibid.

Vos meae chariſſimae animae. VII. 3. *Mi iucundiſſime* Cicero. VII. 18.

BREVEM ESSE, BREVITER. *Summa eſt*, in quo mihi gratiſſimum facere poſſis, ſi curaris. III. 14. *Id mihi ad breuitatem eſt aptius.* III. 16. Sed *ne plura*; dicendum enim aliquando eſt. III. 21. *Rem tibi exponam paucis verbis.* IV. 17. *Quid multa?* beneuolentior tibi quam fui, nihilo ſum factus. VI. 9. *Eo breuior eſt haec epiſtola, et vt aduerſus magiſtrum morum modeſtior.* VI. 12. De hoc genere toto *hoc ſcribo partius, quod* &c. IX. 3. *Singula perſequi non eſt neceſſe* IX. 5. Illa quae maiora ſunt, *breuius exponam.* X. 1. *Non tenebo te pluribus*, ponam in extremo, quod ſentio. XII. 22. Quare *modum faciam.* XIII. 3. Sed illa *cognoſces* ex aliis, *a me pauca et ea ſummatim.* XIII. 7. Quae -- *quam potero, breuiſſime exponam.* XIV. 7. *Plura ſcribere non debeo*, praeſertim ad *te*, quo *magiſtro breuitatis vti cogito.* XV. 1. Te igitur imitabor. *Quam multa! quam paucis!* XV. 12.

C.

CAEDES, CLADES. Magnumque eorum exercitum *occidione occiſum.* V. 1. Copiasque omnes eius *deleuit fugauitque.* XIV. 1. *Hoſtibus fuſis*, ſpes omnis in te eſt.

XIV.

XIV. 9. *Perculsas* illius copias --- despicio. XIV. 20. *Non accepisset Resp. hoc vulnus.* XV. 6. Pansae exercitum *concisum esse.* ibid.

CALAMITAS, CALAMITOSVM ESSE. Non vitium, sed *virtus nostra nos afflixit.* I. 6. Moereo casum eiusmodi, vt *tantis tuis miseriis meae miseriae subleuentur.* I. 7. *Sin eadem nos fortuna premet*, etiamne reliquias tuas misera proiicias? ibid. *Acerbissimos dolores miseriasque percepit.* I. 8. Etsi minori in re violatur tua dignitas, quam *mea salus afflicta sit.* I. 17. *In eum locum res deducta est*, vt nisi quis Deus, vel casus aliquis subuenerit, *salui esse nequeamus.* VII. 5. *Maximam plagam accepit*, quod is &c. VII. 6. *Nulla est enim acerbitas, quae non omnibus*, hac orbis terrarum perturbatione, impendere videatur. VII. 13. *Quem in locum res deducta sit, vides.* VII. 14. *Tot tantisque rebus vrgemur, vt nullam alleuationem quisquam* non stultissimus *sperare debeat.* VIII. 2. Et *ea quae premant*, et ea quae impendeant, facile transiturum. ibid. *Multis* fortissimis atque optimis viris, iniustis iudiciis, *tales casus incidisse.* VIII. 19. Persaepe mihi cogitanti de communibus *miseriis, in quibus tot annos versamur*, et vt video versabimur. VIII. 20. *Incidit in ea ipsa mala.* X. 34. *Quae cogitatio, --- vi tempestatum et concussu calamitatum,*

erat aliquantum *labefactata atque conuulsa.* XI. 4. Qui simili causa *laborent.* XI. 25. Sed quum *in eum casum me fortuna detrusisset.* XIII. 14. *Si durius aliquid esset.* XIV. 21. *Cuius calamitas etiam officiosiorem me facit in illum*; nam beneuolentior quam semper fui, esse non possum. XVI. 25. Summa enim eius erga me officia extiterunt, *iis nostris temporibus, quibus facillime bonam beneuolentiam hominum et fidem perspicere potui.* ibidem.

CALLIDVS. Quod si quis *me astutiorem fingit.* IV. 7. Sin autem me *astutum et occultum* lubet fingere, *quid est quod minus cadere in eiusmodi naturam possit?* VI. 1.

CALVMNIARI. Te autem *quibus mendaciis* homines leuissimi *onerarunt.* VI. 1. *Eius existimationem oppugnare*, in prouincia cuius laudem domi defenderis. ibid. *Incurrit haec nostra laurus* non solum in oculos, sed etiam *in oculas maleuolorum.* VII. 13. Eum addictum puto esse Calui Licinii *Hipponacteo praeconio.* XI. 19. v. OBTRECTARE.

CANDIDVS. Moriar, si praeter te quemquam reliquum habeo, *in quo possim imaginem antiquae et vernaculae festiuitatis agnoscere.* IX. 18.

CARERE. *Orbus iis rebus omnibus.* IX. 3. Ergo hoc *ereptum est* litteratum genus. ibid.

Nec

Nec debes patriam multis claris viris *orbatam, priuare etiam aspectu tuo.* IX. 12. Ea me solatia *deficiunt.* XI. 3. Vnum manebat illud solatium, quod *creptum est.* ib. *Maxima orbitate* Reip. *virorum talium.* XIII. 3. *Neque ad* auxilium patriae *nudi cum bona voluntate*, sed cum facultatibus *accederemus.* XIII. 14. Acerbissimo interitu consulum Resp. est *nudata.* XIV. 13.

CAVERE. *Quae prouideri poterunt*, non fallar in iis; *quae cautionem non habebunt*, de iis non ita valde laboro. Sim etenim impudens, si plus postulem, quam homini a rerum natura tribui potest. XV. 10.

CAVSARI. vid. ORIRI.

CELARE. Visum est *occultius agendum, neque vllo modo diuulgandum*, de te iam esse perfectum. IX. 14. Secreto hoc audi, *tecum habeto.* XI. 20. Habeo *occultiora, quae vix verbis exequi possum.* XII. 12.

CELEBRIS, CELEBREM REDDERE. *Illustrabit*, mihi crede, *tuam amplitudinem* hominum iniuria. I. 17. Ardeo cupiditate incredibili --- *nomen vt nostrum scriptis illustretur et celebretur tuis.* I. 18. Curasti enim, vt *plus additum ad memoriam nominis nostri*, quam ademtum de fortuna videretur. II. 1. Vel quod *excelso et illustri loco sita sit laus tua, in plurimorum* et sociorum et ciuium

conſpectu, quae ad nos *nec obſcuro*, *nec vario ſermone*, ſed et *clariſſima et vna omnium voce perfertur*. III. 10. *Magnum theatrum habet* iſta prouincia. IV. 18. Vrbem, mi Rufe, cole, *et in iſta luce viue*. VI. 4. Omnis peregrinatio, quod ego ab adoleſcentia iudicaui, *obſcura et ſordida* eſt iis, quorum induſtria Romae poteſt *illuſtris eſſe*. VI. 4. Nihil de *inſignibus ad laudem viris* obſcure nunciari ſolet. VI. 5. *Ipſa fama quae de* tua voluntate *percrebuit*, *magnam es laudem conſequutus*. XIII. 16.

CERTVS. Quum *explorati nihil* haberem. VIII. 21. *Quid* autem ſperem, aut confidam et *exploratum habeam de* ſalute tua. IX. 20. Nec tamen is ipſe, a quo ſalus petitur, *habet explicatam aut exploratam rationem* ſalutis ſuae. X. 1. Id *exploratius* poſſem *promittere*. ibid. Non ſolum bene ſperare de nobis homines, ſed *explorate iudicare* volumus. XIII. 14. *Neque* enim *ſtatuti quid --- habere potuiſti*. XIV. 5. Quod *mihi perſuaſiſſimum* eſt. XIV. 6. Quum *perſuaſum* omnibus eſſet, *mihique maxime*, nos a te vnice diligi. XV. 10.

CHARVS. Scito C. Sempr. Rufum, *mel ac delicias tuas* calumniam maximo plauſu tuliſſe. IV. 5. *Nec mihi eſt te iucundius quid quam*, *nec charius*. IV. 8. Philoſophiam ad

te

te allegem, *qua nec mihi charior vlla vnquam res in vita fuit*, nec hominum generi maius a diis munus vllum est datum. V. 1. Priuatis, *summis, infimis fueram iucundus.* V. 16. Tibi, *cuius mihi amicitia* non solum ampla, sed etiam *iucunda est.* VI. 1. *Mihi* quaestor *optatior* obtingere nemo potuit. VI. 3. Caesarem honestum esse cupio, *pro* Pompeio *emori possum*; sed tamen *ipsa Rep. nihil mihi est charius.* VI. 13. *Charus omnibus expectatusque* venies. VI. 22. *Nihil ei fuisset antiquius, quam* --- reuerti. *Nunc vero nec locus tibi vllus dulcior esse debet* patria. IX. 12. *Vincebatur fortuna ipsa* debilitatae gratiae nostrae *tui charitate.* IX. 14. *Nec habui quidquam antiquius.* XII. 31. Resp. *quae mihi est mea vita charior.* XIII. 17. *Nihil* enim tua mihi vita *potest esse iucundius, neque charius.* XV. 9. Te quidem, mi Cicero, *in dies* mehercule *habeo chariorem.* XV. 18. *Proxime hos chari.* XVI. 3. Intellexit, *hominis nullius apud te* autoritatem, aut *gratiam valere plus, quam meam.* XVI. 37. vid. AMARE.

CINGERE. Capto exercitu veterano, *circumuallato nunc denique.* VII. 18.

CLAMARE. *Clamoribus maximis* iudices *corripuerunt*, et ostenderunt, plane esse quod fieri non posset. III. 24.

CLEMENS. vid. IGNOSCERE.

COERCERE. Et *audaciae* perditorum, et nostrae solicitudinis *hic finem reperiemus.* XIV. 12. Quorum *improbitatem aliquando retundi*, et non pati impunitate augeri, --- vtile est reip. nostrae. XV. 14.

COGITARE. Et simul si vno in argumento, vnaque in persona *mens tua tota versabitur*, cerno iam animo, quanto omnia vberiora atque ornatiora futura sint. I. 18. Quem putas animum esse, *vbi secum loquitur?* IX. 23. De te autem ipso -- est tuum *sic agitare animo.* X. 1. *Nec auertere a* miseriis *cogitationem sinunt.* ib. Quoties *in eam cogitationem* necesse est et tu *veneris*, et nos saepe *incidimus.* XI. 2. Etiam tu *ab hisce rebus animum ac cogitationem tuam auoca.* ibid. *Quum ego mihi nunc ante oculos* tuum iucundissimum conspectum *propono.* XII. 36. Quum *auersum* illum ab hac cogitatione *ad alia consilia video se contulisse.* XVI. 6. Quae mens eum, aut quorum consilia *a tanta gloria -- auocarint*, et *ad cogitationem* consulatus *transtulerint*, exputare non possum. XVI. 6.

COGNATVS. Ipsi *coniunctissimus sanguine.* XV. 14.

COGNOSCERE. *Animaduerti enim et didici ex* tuis litteris. III. 26. Ex litteris tuis *intelligere* potui. IV. 7. Obuiae mihi velim sint litte-

litterae tuae, *quae me erudiant de omni* Rep., ne hospes plane veniam. VI. 4. Quid rectum sit *apparet*, quid expediat, *obscurum est*. VII. 15. In ea re quantum me possis adiuuare, *facile perspicio*. XII. 23. *Quum haberem a* Furnio nostro *tua penitus consilia cognita*. XIII. 17. Nec quo progredi vellet, *exploratum satis habebat*. ibid. *Sic enim vidi, quasi ea quae oculis cernuntur*, me a te amari. Dices, quid antea? *Semper quidem, sed nunquam illustrius*. XV. 3.

Colloqvi. Qui cum Pompeio plures dies *nullis in aliis, nisi de* Rep. *sermonibus versatus sum*. III. 23. *Agam iam tecum familiariter*, vt est et studiis, et officiis nostris mutuis, et summa amicitia dignum. V. 1. Id quod de nostris rebus *coram communicassemus inter nos*. V. 8. Velle te mecum, si propius accessissem, *de* officio vtriusque nostrum *communicare*. VII. 11. *Nemo est omnium, quicum potius mihi, quam tecum, communicandum putem*. VII. 11. Si quem *cum eo sermonem habueris*. XI. 5. Feci *sermonem inter nos habitum* -- Tibi dedi partes Antiochinas -- mihi sumsi Philonis. XI. 17. Ad cuius rutam *pulegio mihi tui sermonis vtendum est*. XII. 8. *Adiungeres me ad tuos sermones*. XII. 10. Apud Caesarem se fuisse, *multumque sermonem de te habitum esse*. XV. 9. Vtinam liceat

aliquando aliquo Reip. ſtatu nos frui, *interq; nos conferre ſolicitudines noſtras*, quas pertulimus, quum timidi putabamur. XVI. 36. vid. LOQVI.

COMMENDARE. Ego *renouabo* commendationem. III. 5. Ego te Balbo -- *more Romanorum commendabo*. ibid. *Quum tibi totum hominem diligentiſſime commendarim*. IV. 12. In omnibus nouis coniunctionibus intereſt, qualis primus aditus ſit, et *qua commendatione quaſi amicitiae fores aperiantur*. IX. 25. *Non vt aliquid de illa commendatione diminuam, ſed vt hanc addam*. IX. 27. *Eum tibi commendo maiorem in modum*. IX. 31. Nunc non modo *non remittimus tibi aliquid ex noſtra commendatione*. X. 7. *Exaequare videor* ambitione quadam *commendationes meas*. X. 20. *Nihil praetermiſi in te ornando*, quod poſitum eſſet aut in praemio virtutis, aut in honore verborum. XV. 2. Eum tibi *vnice commendo*. XVI. 17. Vt facile *recordari* poſſis huius meae *commendationis diligentiam*. ibid. vid. SEQVENTEM TIT.

COMMENDANDI FORMVLAE. Ipſum tibi Pomponium ita commendo, vt quanquam ipſius cauſa confido te facturum eſſe omnia, tamen abs te hoc petam, vt *ſi quid reſidet in te amoris, id omne in* Pomponii *negotio oſtendas*.

das. Hoc mihi gratius facere nihil potes. I. 4. *Omnibus rebus eum ita tractes, vt intelligat, noſtram commendationem non vulgarem fuiſſe*. I. 13. *Hunc*, mi Caeſar, *ſic velim omni tua comitate complectare, vt omnia, quae per me poſſis adduci, vt in meos conferre velis, in hunc vnum conferas*. II. 5. *Totum denique hominem tibi trado de manu, vt aiunt, in manum tuam* iſtam, et victoria et fide praeſtantem. ibid. *Sic te ei commendaui et tradidi, vt grauiſſime diligentiſſimeque potui*. II. 9. Eum tibi *penitus commendo atque trado*, primum *vt omnibus in rebus ei te commodes*, quoad fides tua, dignitasque patietur. IV. 12. Summa illa ſit, *quicquid officii, beneficii, honoris in* Genucilium *contuleris, id te* exiſtimabo *in me ipſum atque in rem meam contuliſſe*. ibid. M. Anneium tanti facio, vt mihi nihil putem praetermittendum, quod illius interſit, et *me a te tanti fieri puto, vt non dubitem, quin ad tuam voluntatem magnus cumulus accedat commendationis meae*. IV. 14. *Commendo tibi hominem ſicut intelligis me*, de quo ſupra ea ſcripſerim, *debere commendare*, a teque vehementer etiam atque etiam peto, *vt, quod habet* in tua prouincia *negotii, expedias*, quod tibi videtur rectum eſſe, ipſi dicas. IV. 17. Summa huius epiſtolae haec eſt, *vt ornes omnibus rebus* Neronem, *ſicut inſti-*

instituisti atque feciſti. IV. 18. *Quid ego tibi commendem eum, quem tu ipſe diligis?* IV. 21. *Eius negotium ſic velim ſuſcipias, vt ſi eſſet res mea.* V. 9. Haec igitur tibi erunt curae, --- *meque totum, et mea, et meos commendatos habebis.* V. 12. Peto igitur a te, vt -- *recipias eum in tuam fidem, polliceare omnia te facturum mea cauſa.* De reliquo, ſi, id quod confido fore, dignum eum tua amicitia hoſpitioque cognoueris, peto *vt eum complectare, diligas, in tuis habeas.* VIII. 6. *Peto a te hoc diligentius, quam ſi mea res eſſet,* quo eſt honeſtius de amicorum pecunia laborare, quam de ſua. IX. 29. Vehementer mihi gratum feceris, ſi *quibuscunque rebus* ſine tua moleſtia *poteris, ei commodaris.* IX. 31. *Sic tibi eum commendo, vt neque maiore ſtudio quemquam, neque iuſtioribus de cauſis commendare poſſim.* Mihi certe gratiſſimum feceris, *ſi intellexero, has litteras tantum, quantum ſcribens confidebam, apud te pondus habuiſſe.* X. 5. *Quibuscunque officiis* -- Atticum *obſtrinxeris, iisdem me tibi obligatum fore* (exiſtimes) X. 6. *Confirmo tibi eum te, quem ſoles fructum a bonorum virorum officiis expectare, eſſe capturum.* X. 10. Magnoque opere abs te peto, *cures vt is intelligat, meam commendationem maximo ſibi et adiumento, et ornamento fuiſſe.* X. 22. *Tibi eum ita commendo, vt*

maiore

maiore studio neminem commendarim. X 24. *Hosce sic tibi commendo, vt maiore cura, studio, solicitudine animi commendare non possim.* Volo ipsorum causa, meque *in eo vehementer et amicitia mouet et humanitas.* X. 34. Teque hoc existimare volo, *quicquid in eum iudicii officiique conferis, id ita me accipere, vt in me ipsum te putem contulisse.* XII. 20. *Eum velim rebus omnibus adiuues*, operamque des, vt quam commodissime sua negotia conficiat. XII. 28. Quare a te peto, *vt ad eam liberalitatem, qua sine litteris meis vsus es, quam maximus his litteris cumulus accedat.* ibid. Hunc *tanto tibi studio commendo, vt maiore non possim*; cui cum propter omnes virtutes, tum etiam propter studia communia sum amicissimus. XIII. 1. Si eum defenderis, *gratius nihil futurum, quam si ea tua liberalitas pertinuisset ad rem familiarem meam.* XIII. 19. Te, mi Cornifici, etiam atque etiam rogo, *vt omnia* Lamiae *negotia mea putes esse, curesque vt intelligat, hanc commendationem maximo sibi vsui fuisse.* ibid. *Eius ego studio vix videor mihi satisfacere posse, si vtar verbis iis quibus, quum diligentissime quid agimus, vti solemus.* Noua quaedam postulat, et putat me eius generis artificium quoddam tenere. Ei ergo pollicitus sum, *me ex intima nostra arte de*

promtu-

promturum mirificum genus commendationis. XVI. 14. Id quando assequi non possum, *tu re velim efficias, vt ille genere mearum litterarum incredibili quodam perfectum arbitretur.* Id facies, *si omne genus liberalitatis,* quod et ab humanitate et potestate tua proficisci poterit, *non modo re, sed etiam verbis, vultu denique expresseris.* Ibid. *Cures, vt ex hac commendatione mihi* Cuspius *quam maximas,* quam primum, quam saepissime *gratias agat.* Ibid. *Si vlla mea apud te commendatio valuit,* quod scio multas plurimum valuisse, *haec vt valeat rogo.* XVI. 15. Tanta mihi cum eo necessitudo est familiaritasque, *vt si mea res esset, non magis laborarem.* XVI. 18. Eum tibi commendo *non minore studio, quam si rem meam commendarem.* --- Cures *vt intelligat, me ad te satis diligenter scripsisse.* XVI. 20. *Eum tibi sic commendo, vt vnum ex nostra domo.* XVI. 21. Nunc profecto, te prouinciam obtinente, meis litteris assequi debet, *vt nemini se intelligat commendatiorem vnquam fuisse.* XVI. 22. Vt ipse intelligat, *nullam rem sibi maiori vsui aut ornamento, quam meam commendationem esse potuisse.* ibid. Eum tibi commendo *ea commendatione, quae potest esse diligentissima.* XVI. 23.

COMMERCIVM LITTERARVM. vid. CORRESPONDIREN. COM-

COMMILITO. Accedebat *non mediocre vinculum* cum *studiorum*, *quod ipsum per se est graue*, tum eorum studiorum, earumque artium, *quae per se ipsae eos, qui voluntate eadem sunt, etiam familiaritate deuinciunt.* VIII. 5.

COMMITTERE. *Oneris tibi imponere* nec audeo quidquam, nec debeo. III. 26. Qui publico *negotio praepositus* est. III. 28. Me tractat liberaliter, et mihi suo munere *negotium imposuit.* IV. 5. Quintum fratrem *negotio praeposui.* V. 1. Tribunis pl. et nobis -- *negotium dederat.* VII. 1. Nisi forte aut in miseria nimis stulte, aut in amicitia nimis impudenter *tibi onus impono.* IX. 23. Vt existiment, eum *quasi diuino consilio isti negotio praepositum esse.* XI. 23. *Plura* etiam *verbo*, quam scriptura, *mandata dedimus.* XIII. 14.

COMMVNIS. Quin etiam misericordia quaedam consequuta est, atque opinio eiusmodi, *esse quandam illi belluae cum genere humano societatem.* II. 3. Nosti haec *tralatitia.* III. 28. *Late enim patet hoc vitium*, et est in multis. IV. 2. Quod quidem *seiunctum sit ab* omnium interitu. X. 1. Nihil esse praecipue cuiquam dolendum in eo, quod *accidat vniuersis.* X. 4.

COMPARARE. Quem ego currum, aut quam

quam lauream, *cum* tua laudatione *conferam?* V. 10.

COMPENSARE. Quid tu existimes in amicitia mutuum, nescio; equidem hoc arbitror, quum *par voluntas accipitur et redditur.* I. 3. Veteri nostrae necessitudini iam diu debitum, sed multa varietate temporum interruptum *officium, cumulate reddidi.* II. 4. In meis *damnis* ex autoritate senatus *resarciendis, eam voluntatem,* quam expectaram, non *praestiterunt.* II. 13. Perficiam profecto, vt longi temporis vsuram, qua caruimus intermissa nostra necessitudine, *et gratia, et crebritate, et magnitudine officiorum meorum sarciam.* III. 16. Sed ita fato nescio quo contigisse arbitror, vt tibi ad me ornandum semper detur facultas, *mihi ad remunerandum nihil suppetat praeter voluntatem.* V. 4. Si quid acciderit, quod ad meam dignitatem pertineat, etsi vix fieri possit, *te parem mihi gratiam relaturum.* V. 12. Sane mihi considerandum est, *quonam te remunerer potissimum genere.* V. 12. *Quae mihi ipsi vna semper tributa merces est laborum et vigiliarum.* VI. 1. Cui quidem ego *amori,* vtinam ceteris rebus possem, *amore certe respondebo.* VII. 36. Quae quum faciam, beneuolentiam tuam erga me imitabor, *merita non assequar.* X. 3. Vt possem *te remunerari quam simil-*

simillimo munere. XI. 17. Nec enim tu mihi *gratiam* modo habuisti, verum etiam *cumulatissime retulisti.* XI. 27. Nam relaturum me (gratiam) affirmare non possum. Tantis enim tuis officiis *non videor mihi respondere posse*, nisi forte ita sensurus es, vt me *referre gratiam* putes, quum memoria tenebo. XIV. 4.

COMPLECTI. Quem ego diem si videro, et *si in vestrum complexum venero.* I. 8.

CONARI. Si te intelligerem *plus conatum esse suscipere*, quam quantum praestare potuisses. VIII. 3. Qui tantam causam publicam *priuato consilio susceperis.* XII. 32. *Adhuc tantum conatus audiuntur, optimi illi quidem & praeclarissimi*, sed gesta res expectatur. XVI. 5.

CONCILIARE. Ita sum cum illo loquutus, vt mihi viderer *animum hominis ab omni alia cogitatione*, *ad* tuam dignitatem tuendam *traducere.* I. 12. *Aliquanto plus commendationis apud me habuit* animus ipsius erga te mihi perspectus. V. 8. Quicquid elaborari, aut effici potuerit, *ad istorum beneuolentiam conciliandam et colligendam*, summo studio me consequutum esse, nec frustra, vt arbitror. VIII. 15. *Alliciendae etiam voluntates* reliquorum. XIII. 14. vid. AMICITIAM FACERE.

CONCORDARE. Quum et nos, et exercitus noſtros *ſingulari concordia coniunctos*, ad omnia pro vobis, videatis paratos. XV. 5. Homo mihi familiaritate, tum etiam *ſenſibus* in Rep. *coniunctiſſimus*. XV. 15. *Hanc concordiam et conſpirationem omnium* ordinum, ad defendendam libertatem *propenſe eſſe factam*. ibid. vid. CONSENTIRE.

CONFIDERE. Illi meis conſiliis, monitis, ſtudiis, actionibusque *nituntur*. II. 4. Sed *plane animus*, qui in dubiis rebus forſitan fuerit infirmior, deſperatis *confirmatus eſt multum*. VIII. 8. Sin quid forte titubatum eſſet, vt fit in bello, exercitu tuo *niteremur*. XVI. 5.

CONFOEDERATVS. vid. SOCIVS.

CONFVGERE. Ipſae illae litterae *excludere me a portu et perfugio videntur*. XI. 14. Tibi perſuadeas, *omne perfugium bonorum in te* et Bruto *eſſe poſitum*. XIII. 20. *Omnis omnium concurſus eſt ad* vos. ibid. *Tutiſſimum ſibi portum* prouinciam iſtam *eſſe duxit*. XVI. 33.

CONIICERE. *Quae poſita ſunt in coniectura*. I. 16. *Coniecturam enim facio de* meo. II. 3. Quod tamen ipſum, *neſcio qua permotus animi diuinatione*, non deſpero. VI. 12. *Quo me coniectura ducat, habeo*, ſed expecto tamen &c. VIII. 10. *Nihil in his* tam obſcuris rebus, tamque perturbatis, *vn-*

vnquam omnino fefellit. IX. 16. Iis autem de rebus, quas *coniectura consequi* possumus, non mihi sumo, vt *plus* ipse *prospiciam*, quam te videre atque intelligere mihi persuaserim. IX. 24. De futuris autem rebus etsi semper difficile est dicere, tamen interdum *coniectura possis propius accedere.* X. 3. Quum ipse *coniectura consequi* poteram. XII. 4. Quorum quidem *non est difficilis coniectura.* XII. 34.

CONIVNGERE. *Coniunctene* malles *cum ceteris rebus nostra contexere.* I. 18.

CONSCIVS BENE vel MALE. Si enim *bene sentire rectèque facere, satis est ad bene beateque viuendum.* X. 1. *Qui se optimorum consiliorum conscientia sustentare possit*, miserum esse, nefas est dicere. ibid. Simus igitur ea mente, quam ratio et veritas praescribit; *vt nihil in vita nobis praestandum, praeter culpam, putemus.* ibid. Nec enim dum ero, angar vlla re, *quum omni vacem culpa.* X. 2. *Conscientiam rectae voluntatis maximam consolationem esse* rerum incommodarum, *nec esse vllum magnum malum, praeter culpam.* X. 3. Magna consolatio est, quum recordare, etiam si secus acciderit, *te tamen rectè verèque sensisse.* XVI. 36. vid. PECCARE.

CONSENTIRE. Perspiciebant enim, *in* Hortensii *sententiam multis partibus plures ituros.* I. 12. *Vnum fere sensum fuisse* bono-

rum *omnium*. II. 13. Si mihi *tua sententia tributus* honos ex meis litteris fuerit. V. 1. *Id tibi nullo modo assentior*. IX. 11. Ego *te suffragium tulisse in* illa lege primum non credidi. XII. 12. Populi vero Romani totiusque Italiae *mira consensio est*. XIII. 8. Quibus litteris *congruentes fuerunt* aliae postea multorum. XIII. 9. Quum *frequens assentiretur* Senatus. XIII. 17. *Mirabiliter* enim populus Rom. vniuersus, et *omnium generum ordinumque consensus* ad liberandam Remp. *conspirauit*. ibid. *Cui sunt assensi ad vnum*. XIV. 14. Consiliis tuis *vehementer assentior*. XV. 10. Quam (sententiam) *senatus frequens sequutus est, summo studio, magno consensu*. XV. 2. Tu qui *coniunctissima fuisti mecum et sententia et voluntate*. XVI. 36.

CONSERVARE. Illius miserae matrimonio et *famae seruiendum est*. I. 6. *Serui valetudini*. I. 7. Quidam homines *in capite meo solum elaborarunt*. II. 13. *Vestigia* summorum hominum *sibi tuenda esse*, dicit. III. 21. Admonitu Senatus *consuleret saluti suae*. IV. 1. Monui regem, *vt omnem diligentiam ad se conseruandum adhiberet*. IV. 1. Posteritatis *otio consules*. V. 17. Fac, te vt nobis saluum conserues, *in columitati tuae* tuorumque, qui ex te pendent, *consulas*. VIII. 3.

Qui

Qui rem a parente traditam *per se tenere* possint. XI. 2. Quod *parum* valetudini *parceret*. XII. 12. Me quoad licuerit, *dignitati* Reip. *consuluisse*, et hac amissa, *salutem retinere voluisse*. XVI. 36.

CONSIDERARE. Neque salutis nostrae *rationem nobis habendam esse* sine dignitate, neque dignitatis sine salute. II. 1. *Circumspectis rebus omnibus, rationibusque subductis, summam feci* cogitationum mearum omnium. II. 13. Vellem non solum salutis meae, quemadmodum medici, sed etiam, vt aliptae virium et coloris, *rationem habere voluissent*. ibid. Hic meae vitae cursus offendit eos fortasse, qui splendorem et speciem huius vitae *intuentur*, solicitudinem autem et laborem *perspicere non possunt*. ibid. Hanc autem *nemo ducit rationem*. III. 28. Te non tam res gestas, quam mores, instituta, atque vitam imperatorum *spectare* solere. V. 1. Quam semper *in ore atque animo habere* debemus. VII. 26. Nec enim minus nostra sunt, *quae animo complectimur*, quam quae oculis intuemur. VIII. 19. Pudori malui famaeque cedere, quam *salutis meae rationem ducere*. VIII. 20. Hoc idem, si tibi videtur, *fac, anteoculos tibi proponas*. XI. 2. Omnes facultates, quibus et sacra conficere, et *sarta tecta* aedium sacrarum, locorum-

que communium *tueri* possint. IX. 26. Quae aliis tute praecipere soles, *ea tute tibi subiice, atque apud animum propone.* XI. 2. *Tu etiam atque etiam vide*, quid suscipias, quid sustinere possis. XII. 19.

CONSILIARIVS. Certe et ego te autore amicissimo et sapientissimo, *tu me consiliario non imperitissimo*, fideli quidem et beneuolo certe, vsus esses. II. 13. Tu eris *omnium moderator consiliorum meorum.* ibid. Tecum loquere, *te adhibe in consilium*, te audi, tibi obtempera; *alter qui melius dare consilium possit, quam tu, non facile inueniri potest.* IV. 10. Non destitit *inire* cum Domitio *consilia.* VI. 14. Nihil scripsi antea --- quia *communicatio consilii*, tali tempore, *quasi quaedam admonitio videtur esse officii, vel potius efflagitatio* ad coeundam societatem vel periculi, vel laboris. VII. 15. Hoc scito, non modo me, *qui consiliis non interfum*, sed ne ipsum quidem principem scire, quid futurum sit. VIII. 21. Vt habeamus aliquam Remp. cuius *consiliis* magni referebat te *interesse.* IX. 2. A reliquis *non adhibemur.* IX. 7. *Is vtitur consilio* ne suorum quidem, sed suo. IX. 12. Est tamen non alienum a dignitate tua, *quod ipsi Agamemnoni regum regi fuit honestum, habere aliquem in consiliis capiundis Nestorem.* XII. 9. Digni sumus, *quos habeas*

habeas tui consilii participes. XII. 14. Semper iudicaui, *in te et in capiendo consilio prudentiam summam esse, et in dando fidem,* maximeque sum expertus. XII. 16. *In cursu bonorum consiliorum* Lepidum *adiuuandum putaui.* XIV. 12. *Eius consilii princeps* fuisse videor. XVI. 32.

CONSISTERE. Video, *in te esse omnia.* I. 7. Quum sciam, *magnam partem istius oneris abs te sustineri.* I. 9. *In quo omnia mea posita esse decreui.* III. 12. *Eius summa existimatio agitur in eo.* IV. 20. Quum et maxima res, et — summum meum officium *ageretur.* XI. 25. Intelligere debes, *in te repositam esse Remp.* XII. 9. Totius belli *discrimen in* D. Bruto *positum* videretur. XIII. 8. Quanquam *in vno* praelio *omnis fortuna* Reip. *disceptat.* XIII. 16. *Totam istam cantilenam ex hoc pendere,* vt quam plurimum lucrifaciant. XV. 9.

CONSOLARI. *In multis et variis molestiis,* cogitationibusque meis *haec vna consolatio occurrebat.* III. 17. Litterae tuae *me molestia valde leuarunt,* vtinam *omnino liberassent!* VI. 23. Sed tamen *sum recreatus.* VII. 9. Nisi iam et *ratio ipsa depulisset omnes molestias,* et diuturna desperatione rerum *obduruisset animus ad* dolorem nouum. VII. 13. *Adhibere* (volui) *aliquam modicam consola-*

tionem, quae *leuare* dolorem tuum posset, *si minus sanare potuisset*. VII. 26. Non facile *exhauriri tibi* istum *dolorem posse vniuersum* puto. ibid. Et illius eximia virtus summusque in te amor, *magnae tibi consolationi debet esse*. VIII. 19. Quum habeam duas res, *quibus me sustentem*. VIII. 20. *Haec tibi ad leuandas molestias magna esse debent*. IX. 1. Hactenus existimo *nostram consolationem recte adhibitam esse*, quod certior ab homine amicissimo fieres iis de rebus, quibus *leuari possent molestiae tuae*. IX. 1. Vt afferam rationes, *quibus te a molestiis coner abducere*. IX. 3. Quia neque *venire* videbar oratione, neque *leuare* posse dolorem tuum. IX. 8. *Vt nulla res alia leuare animum molestiis possit*. IX. 11. His autem litteris *animum tuum* -- etsi non sapientissimi, at amicissimi hominis autoritate, *confirmandum etiam puto*. IX. 16. Illa *consolatione*, qua facile fortem virum *sustentarem*. ibid. Quod ego *quasi consolationis loco pono*. X. 1. Quam auctoritate tua *cunctantem et diffidentem excitare* solitus eras. ibid. Fateor, me communium malorum *consolationem nullam inuenire*, praeter illam, quae tamen, *si possis eam suscipere*, maxima est. X. 3. Et oratio tua prudens, et amor erga me singularis *multum leuarent*. XI. 1. *Quae res mihi non mediocrem*

conso-

consolationem attulit, volo tibi commemorare, si forte eadem res *tibi minuere dolorem possit*. XI. 2. Crede mihi, cogitatione ea *non mediocriter sum confirmatus*. ibid. Litteris tuis lectis *aliquantum acquieui*. XI. 3. Nam et ea scripsisti, quae *leuare luctum* possent, et in me consolando, non mediocrem ipse animi dolorem adhibuisti. ibid. *Maior mihi leuatio afferri nulla potest*. ibid. *Ad consolandum* autem quum *illa valent, quae eleganter copioseque collegisti*, tum *nihil plus*, quam quod firmitudinem grauitatemque animi tui perspexi. XI. 4. Quarum enim tu rerum cogitatione nos *leuare aegritudine* voluisti, *earum etiam commemoratione lenimur*. ibid. Tantam spem attulerat -- *vt omnium animi relaxati sint*. XV. 8. In maximo meo dolore *hoc solatio vtor*. XV. 16. vid. SOLATIO ESSE.

CONSOLANDI FORMVLAE. *Etsi egomet, qui te consolari cupio, consolandus ipse sum*, propterea quod nullam rem grauius iam diu tuli, quam incommodum tuum. III. 13. *Etsi vnus ex omnibus minime sum ad te consolandum accommodatus*, quod tantum ex tuis molestiis cepi doloris, vt *consolatione* ipse egerem; tamen quum *longius a summi luctus acerbitate meus abesset dolor, quam tuus*, statui, nostrae necessitudinis esse, meaeque in

te beneuolentiae, non tacere tanto in tuo moerore, sed *adhibere aliquam modicam consolationem, quae leuare dolorem tuum posset*, si minus sanare potuisset. VII. 26. *Non est iam grauitatis ac sapientiae tuae*, quam tu a puero praestitisti, *ferre immoderatius casum incommodorum tuorum.* VII. 26. Nam, *quod allatura est ipsa diuturnitas*, quae maximos luctus vetustate tollit, *id nos praeripere consilio prudentiaque debemus.* ibid. Certe *nos, quod est dies allatura, id consilio anteferre debemus, neque expectare temporis medicinam*, quam repraesentare ratione possumus. ibid. *At ea quidem facultas* vel tui, vel alterius *consolandi, in te summa est, si vnquam in vllo fuit.* Itaque eam partem, quae ab exquisita quadam ratione et doctrina proficiscitur, non attingam, tibi totam relinquam. *Quid sit forti et sapienti homine dignum, quid grauitas, quid altitudo animi, quid acta tua vita, quid studia, quid artes*, quibus a pueritia floruisti, *a te flagitent, tu videbis.* IX. 3. Sin te tanta mala Reip. frangunt, *non ita abundo ingenio, vt te consoler, quum ipse me non possim.* IX. 9. *Neque confirmatione nostra egebat virtus tua.* X. 1. *Hoc mihi non sumo, vt te consoler de* communibus miseriis. X. 3. Denique *noli te obliuisci Ciceronem esse*, et eum, qui aliis consueuerit praecipere et dare consilium;

silium; *neque imitari malos medicos, qui* in alienis morbis profitentur se tenere medicinae scientiam, *ipsi se curare non possunt.* XI. 2. Tu non intelliges, *te querelis quotidianis nihil proficere?* non intelliges, *duplicari solicitudines*, quas eleuare tua te prudentia postulat? XI. 13.

CONSTANS. Me interea *nec domesticus dolor, nec cuiusquam iniuria a Rep. abducet.* I. 2. *Nec* in te, vt scribis, *animo fui mobili, sed ita stabili, vt in mea erga te voluntate, etiam desertus ab officiis tuis, permanerem.* I. 3. Sin haec mala *fixa* sunt. I. 6. *Qui periculum fortunarum et capitis sui, pro* mea salute *neglexit.* I. 6. Quibus in rebus *me ille sibi affixum habebit.* II. 2. Perge, vt coepisti, *forti animo* istam *tolera* militiam. III. 5. *Mea ratio in tota amicitia constans et grauis reperietur.* IV. 7. *Quantum in cuiusque animo est roboris* atque neruorum. X. 1. Cuius ego mortem *forti* mehercule *animo tuli.* X. 32. Vt sine his *nihil de meo studio perseuerantiaque sim remissurus.* XIV. 3. *Me de statu meo nullis contumeliis deterreré possunt. Non defatigabor permanere* nonsolum in studio libertatis, sed etiam *in labore et periculis.* XV. 14. vid. CONSOLARI. it. MAGNANIMUS.

CONSVESCERE. Consuetudo diuturna *callum iam obduxit stomacho meo.* VIII. 10.

Qui-

Quibus et natura me, et voluntas, et consuetudo assuefecerat. IX. 3.

CONSVETVDO EST, et NON EST. *Genus sermonis inducis in* amicitiam minime liberale. IV. 7. *Non horum temporum, non horum hominum atque morum negotium.* VI. 9. Magis *instituti mei tenendi* causa. VI. 21. Exercitus cunctus *consuetudinem suam* in ciuibus conseruandis -- *retinuit.* XV. 17. Quod nisi ita esset, *uterer mea consuetudine.* XVI. 27.

CONSVLERE. *Qui ipse sibi sapiens prodesse nequit,* nec quidquam sapit. II. 6. Vt, *quibuscunque rebus potes,* potes autem plurimis, *prospicias et consulas rationibus meis.* III. 17. *Tu tuis rebus consulas,* et aliquando *tibi potius, quam cuiuis, sis amicus.* VII. 18. *Qui nec vobis autoribus uti voluerit,* nunc omnia tenentem *nostras sententias desideraturum censes fuisse?* IX. 12. *Quum adhibuisset* domi meae Lupus *me.* XII. 32. *Consilia* sunt *inita de* me. XIII. 9. *Expeditius iter communis salutis, quam meae laudis, esse volui.* XIII. 14. *Neue* in rebus tam subitis, tamque angustis, *a senatu consilium petendum putes.* Ipse *tibi sis senatus,* quocunque te ratio Reip. ducet, sequare. XIV. 14. vid. CONSILIARIVS.

CONTEMNERE. Non nimis concupiscendus honos, sed tamen, si deferatur a senatu, *mini-*

minime aspernandus esse videtur. VI. 10. *An pro nihilo id putas?* XV. 7.

CONTROVERSVS. *In vnam causam omnis contentio coniecta est.* VI. 6.

CONTVMELIA AFFICERE. Hominis importunissimi *contumeliae, quibus me crebris concionibus onerat*, tuis erga me officiis leniuntur. I. 19.

CONVALESCERE. Vt prorsus, nisi *confirmato corpore*, nolles nauigare. VI. 17. Si te *firmum* quam primum videro. VI. 18. Tu si nos omnes amas, et praecipue me magistrum tuum, *confirma te.* VI. 19. Satis te mature videro, si *plane confirmatum* videro. VI. 20. Si, vt spero, *te validum* videro. ibidem. Omnia depone, *corpori serui.* Quantam *diligentiam in valetudinem tuam contuleris*, tanti me fieri a te iudicabo. VI. 19. *Quum meliuscule tibi esset.* VI. 20. Malo te paullo post *valentem*, quam statim imbecillum videre. ib. *Cura igitur te et confirma*, et, quum commode et per valetudinem, et per anni tempus nauigare poteris, ad nos veni. VI. 22. Statim *ita sum leuatus, vt mihi deus* aliquis *medicinam feciſſe videatur.* VII. 16. Vt istinc te non moueas *tam infirma valetudine.* VIII. 8. *Grauitate valetudinis, qua* tamen *iam paululum videor leuari.* X. 4.

CONVENIRE, **beſuchen.** Malui Collegae eius

eius me obligare, quam *illius* simiae *vultum subire.* VI. 14. *Qui frequentant domum meam.* VIII. 8. Non dubito, quin *omnes confluant ad eum.* XV. 6.

CONVENIRE, **übereinstimmen.** Tu ipse velim iudices, *Satisne videatur* his omnibus rebus tuus aduentus -- *mutuo respondisse.* I. 3. *Neque in eo quidquam a meis rationibus discrepabant tuae.* VII. 2.

CONVERSARI. Doleo, quod *carui fructu iucundissimae consuetudinis tuae.* III. 16. Amicitia nostra -- *longis interuallis temporum interruptam consuetudinem habuit.* V. 8. *Is, cuius vsum et suauitatem desiderando sentimus.* VII. 6. Non idcirco eorum *vsum dimiseram.* VIII. 2. Ignoscunt mihi et *reuocant in consuetudinem pristinam.* ibid. *Vnum* medius fidius *tecum diem libentius posuerim,* quam hoc omne tempus cum plerisque eorum, *quibuscum viuo necessario.* VIII. 8. *In ipsius consuetudinem,* quam adhuc meus pudor mihi clausit, *insinuabo.* IX. 3. *Maiorem etiam mihi cum* Cossinio *consuetudinem fecit.* X. 11. *Ego cum* tuo Seruio *iucundissime coniunctissimeque viuo.* X. 15. Tuus deinde discessus, isque diuturnus -- et vitae dissimilitudo *non est passa voluntates nostras conglutinari.* XII. 12. Vt domum ventitares, *horasque multas saepe suauissimo sermone consumeres.* ibid. *Et mihi*

mihi non ignotam in consuetudine et familiaritate suauitatem tuam adiunxit. XIII. 3. Moneo te, quod pertinere ad beate viuendum arbitror, vt *cum viris bonis, iucundis, amantibus tui, viuas.* XIII. 9. Nec id ad voluptatem refero, sed *ad communitatem vitae atque victus, remissionemque animorum, quae maxime sermone efficitur familiari*, qui est in conuiuiis dulcissimus. ibid. *Nullum enim vestigium abs te discessurus sum.* XIII. 12. Ad haec officia, vel merita potius, *iucundissima consuetudo* accedit, *vt nullo prorsus plus homine delecter.* XIII. 19. *Frequens* enim *fuerat nobiscum.* XVI. 24.

CONVIVIVM. Nec id ad voluptatem refero, sed ad *communitatem vitae atque victus, remissionemque animorum, quae maxime sermone efficitur familiari*, qui est in conuiuiis dulcissimus; vt sapientius nostri, quam Graeci illi συμποσια aut συνδειπνα, id est comportationes aut concoenationes, nos conuiuia, quod *tum maxime simul viuitur.* XIII. 9.

CORRESPONDIREN. Tertium est, *vt id, quod de nostris rebus coram communicassemus inter nos, conficiamus idem litteris.* V. 8. *Vt vtriusque nostrum absentis desiderium* crebris et longis *epistolis leniatur.* VII. 36. Absentem memoria colam, *omne desiderium litteris mittendis accipiendisque leniam.* VII. 36.

Quo

Quo tolerabilius feramus igniculum desiderii tui, *crebris nos litteris appellato.* XII. 11.

CORRIGERE. Quum *mendum* scripturae *litura tollatur*, meus error *exilio corrigitur.* IX. 23. Non enim *praeteritam culpam* videri volo *redemisse.* XIII. 14.

CREDERE. Ego autem meis rebus gestis hoc sum assequutus, *vt bonum nomen existimere.* I. 5. Ocella *nemini persuasisset*, se moechum esse. V. 6. *Victa est autoritas mea* non tam a Pompeio, nam *is mouebatur.* IX. 16. Vt denique omnia, quae improbi fingebant, *magis vera existimarent, quam quae vere facta erant*, et a nobis docebantur. XV. 15.

CREDVLVS. Confiteter, *imprudentia me lapsum.* -- *Credulitas* enim error est magis, quam culpa; et quidem *in optimi cuiusque mentem facillime irrepit.* XV. 18. Sed *ego non hoc vitio pene sum deceptus.* ibid.

CRESCERE. *Manabat* illud malum vrbanum, *et ita corroborabatur quotidie*, vt -- ego otio diffiderem vrbano. XII. 15.

CRITICVS. vid. IVDICIOSVS, IVDICARE.

CRVDELIS. (Caesar) *nihil nisi atrox et saeuum cogitat, atque etiam loquitur.* VII. 12. *Hominem vnum omnium crudelissimum, qui tot ingenuos*, matres familias, ciues Rom. *occidit, arripuit, disperdidit.* XI. 29. *Nihil* Antonium *sceleris, nihil crudelitatis praeteritu-*

rum

rum fuisse. XIII. 7. Ciuibus Reip. omnibus *crudelissime denudatis ac diuenditis.* XV. 15. *Bestiis* vero *ciues* Romanos -- *obiecit*; cum huiusmodi portento res mihi fuit. XV. 19.

In Culpa esse, vid. Peccare.

Cvpere. *Ardeo cupiditate incredibili*, neque, vt ego arbitror, reprehendenda. I. 18. Omnem gloriam, *ad quam a pueritia inflammatus fuisti*, omni cura atque industria consequare. II. 1. Malo nos *ferre desiderium.* III. 4. Huic meae voluntati, *in qua inest aliqua vis desiderii* ad sanandum vulnus iniuriae, vt faueas adiutorque sis. V. 1. *Mirum me desiderium tenet* vrbis, *incredibile* meorum atque inprimis tui, *satietas autem* prouinciae. V. 13. Pacis spe, non belli *cupiditate adductus.* VIII. 1. Cum spe vincendi simul *abiecisti* certandi etiam *cupiditatem.* IX. 7. *Incensus studio* rerum tuarum. X. 36. Quid autem fuit, quod illam hoc tempore *ad* viuendum *magnopere inuitare posset? quae res? quae spes? quod animi solatium?* XI. 2. Litterulae meae, siue nostrae, *tui desiderio oblanguerunt.* XI. 9. *Tantus ardor animos hominum occupauit desiderio* libertatis, odioque diutinae seruitutis. XIII. 2. Sed *ne viuam, si tibi concedo, vt eius rei tu cupidior sis, quam ego sum.* XVI. 10. Vt Caesarem --- *ad* pacem *currentem, vt aiunt, incitarem,*

ab illo longissime et absum, et abfui. XVI. 32. vid. DESIDERARE.

CVRARE, NON CVRARE. *Ea* pro nostra constantissima voluntate erga te, *cura ac diligentia tua complectare.* III. 18. Ego quidem *vehementer animi pendeo.* III. 28. *Libero te ista cura.* V. 7. Hominum sermones *facile sustinebis.* V. 8. Non diu, sed *acriter nos* tuae supplicationes *torserunt. Incideramus* enim *in difficilem nodum.* VI. 6. Affinitas noua *curam mihi affert* cauendi. VI. 6. Quum valetudini tuae *diligentissime consuleris.* VI. 20. *Solicitus eram de* tua valetudine *mirum in modum.* VI. 22. *Omnem diligentiam adhibeas ad* conualescendum. VI. 23. *Magnae nobis est solicitudini* valetudo tua. VII. 6. *In* magna consolatione *ingens inest solicitudo.* ibid. *Is curam mihi attulit*, et eo magis quod &c. VII. 10. *Incredibili sum solicitudine de* tua valetudine, qua si me liberaris, *ego te omni cura liberabo.* ibid. (Tempora) *non animum meum magis solicitum habent, quam tuum.* VII. 13. Quin *ea me cura vehementissime solicitet?* VIII. 13. *Omnes molestias et solicitudines, quibus* et *te miserrimam habui*, Tulliolamque, -- *deposui, et eieci.* VII. 16. *In maximis meis doloribus excruciat me* valetudo Tulliae nostrae. VII. 23. Ne Silius suo nuncio *aliquid mihi solicitudinis attu-*

attuliſſet. VIII. 15. Vt quoquo modo in tali re atque tempore, *aut liberarem te iſta cura, aut certe leuarem.* ibid. Oſtendis *quantae curae tibi ſit ea res.* ibid. *Tu mihi ſolicito animo praeſto faiſti. Solicitum* autem *te habebat* cogitatio officii. VIII. 20. *Omnem noſtram de* Rep. *curam, cogitationem* de dicenda in Senatu ſententia, *commendationem* cauſarum *abiecimus.* VIII. 22. *Vehementer te eſſe ſolicitum* (audio) IX. 1. Quae etiamſi minus prodeſſent, *animum tamen a ſolicitudine abducerent.* ibid. Nihilominus *eis conficior curis.* IX. 3. Diutius velle videtur *eos habere ſolicitos*, a quibus ſe putat diuturnioribus eſſe moleſtiis conflictatum. IX. 8. At erat tuae virtutis *in minimis res tuas ponere*, de Rep. *vehementius laborare.* IX. 12. *Multo in grauiore te cura futurum.* IX. 14. *Angar? excruciemne me? quid aſſequar?* deinde quem ad finem? IX. 19. Narrauit te interdum *ſolicitum ſolere eſſe vehementius.* X. 1. Vtrum iſta *ſolicito animo*, an *ſoluto* legas. X. 32. Cuius in ſermone et ſuauitate *omnes curas doloresque deponerem.* XI. 3. Valetudo tua *me valde ſolicitat*, ſed *inſerui* et fac omnia. XI. 6. *Iſtis te moleſtiis laxes.* XI. 13. Quum duae res iſtae contrariae *me conturbent.* ibid. Vtrum *quum ſolicitudinis aliquid haberes*, an quum *ab omni moleſtia vacuus eſſes.*

XII. 22. Interim *maximam hic solicitudinem curamque sustineo.* XIII. 4. Sed caue, si me amas, existimes --- *me abiecisse curam* Reip. XIII. 9. Sic tibi persuade, *me dies noctesque nihil aliud agere, nihil curare*, nisi vt mei ciues salui liberique sint. Nullum locum praetermitto agendi, prouidendi; hoc denique animo sum, vt *si in hac cura atque administratione vita mihi ponenda sit*, praeclare actum mecum putem. ibid. Ex quo intelligi potest, *curam Reip. summae defendendae iam pridem apud nos excubare.* XIII. 14. In his *curis, quas contuli ad* dignitatem tuam, cepi magnam voluptatem. XIII. 17. Cupio --- *nullam residuam solicitudinem esse.* XIV. 4. Videbaris *grauem curam suscepisse, vehementerque esse de nobis solicitus.* XIV. 9. Ea res nunc *magnam affert solicitudinem, magnumque habet casum.* XIV. 20. *De iis non ita valde laboro.* XIV. 11. *Omni cura liberati sumus.* XV. 13. *Solicitudines meas quotidie magis* tua merita *exacuunt.* XV. 18. Nos *in summam solicitudinem adducti sumus.* XVI. 2. Vt, *quod maxime curam leuat*, futura animo prospicere posses. XVI. 32.

CVRIOSVS. Quo minus familiaris sum, *hoc sum ad inuestigandum curiosior.* IX. 3. *Sum in expectatione omnium rerum.* XIII. 4. *Quantam cupiditatem hominibus iniiciat* vacuitas, non

non te fugit. XIV. 7. *Quanta sit auiditas hominum*, non sine causa, *talis victoriae*, scio. XVI. 6.

D.

DAMNVM PATI. Quae quanquam erant mihi *propter rei familiaris naufragia*, necessaria, tamen a me minimi putabantur. II. 13. Vt curaremus, *ne quid* Resp. *detrimenti caperet*. VII. 1. Etiam haec *leuior est plaga ab* amico. VIII. 15. Quod declamatoribus nostris cares, *damni nihil facis*. VIII. 16. *Maximis damnis affectus est*. IX. 25. Omnes prouinciae *conquassatae sunt*. X. 12. Rideamus γελωτα σαρδωνιον. Sed heus tu, *manum de tabula; Magister adest*, citius quam putaramus. XI. 20. *Magnum damnum factum est in* Seruio. XIII. 7. *Nec tamen sine aliqua iactura* legionis Martiae *fieri potuit*. XIV. 1. *Ne quid detrimenti fiat*, dabitur opera a me. XIV. 4. Pansa amisso, *quantum detrimenti Resp. acceperit*, non te praeterit. XIV. 6. *Si quid* Lepidus bene sentiens *detrimenti cepisset*. XIV. 20. Ne mea credulitate *Reip. summa fallatur*. XIV. 21. *Ne quid detrimenti* Reip. *iniungant*, summa a nobis dabitur opera. XV. 5. Ea lex *mihi fraudi* fuit. XVI. 11.

DEBERE. Itaque nunc me, scito, *tantum habere aeris alieni*, vt cupiam coniurare, si

quis me recipiat. I. 5. Dolabellam meum -- *fore ab iis moleſtiis, quas liberalitate ſua contraxerat, liberum.* VII. 13. Vt meos iam omnes amicos *aere alieno obſtrinxerim.* XIV. 7. Haec enim duo ſigna putaram mihi *aes alienum attuliſſe.* XVI. 10.

DEBILITARE. *Fracto impetu* leuiſſimi hominis. I. 16. Me maxime ſcilicet conſolatur ſpes, quod valde ſuſpicor fore, vt *infringatur hominum improbitas.* I. 17. Eadem cauſa *opes meas fregit*, quae tuam ſalutem in diſcrimen adduxit. IX. 8. *Frangi* ſenatus *opes.* IX. 16. Velim equidem, id quod ſpero, vt *plane abiectus et fractus ſit* Antonius. XIV. 16.

DECERE. *Maxime conuenire* officio meo Reique publicae conducere, putaui. IV. 1. Quod ſit *alienum* tuis, aut etiam ſuis moribus, non poſtulabit. IV. 12. Non putaui eſſe *alienum* inſtitutis meis. VIII. 19. His temporibus *conſentaneum* genus litterarum. IX. 3. *Nihil eſt aptius* vitae, *nihil ad beate viuendum accommodatius.* XIII. 9. Sed tamen *erat aptum* Bibliothecae *ſtudiisque noſtris congruens.* XVI. 10.

DEFENDERE. Ceteris in rebus *ſe acerrimum tui defenſorem fore*, oſtendit. I. 11. *Ego tibi a vi*, hac praeſertim imbecillitate magiſtratuum, *praeſtare nihil poſſum.* I. 14.

Nos

Nos quum maxime consilio, studio, labore, gratia, *de* causa regia *niteremur*. I. 15. Alexandrina causa --- *videtur ab illo plane esse deposita*. I. 16. Cum consulibus, et cum multis consularibus, *tanta contentione decertaui, quanta nunquam antea vlla in causa; suscepique mihi perpetuam propugnationem pro* omnibus ornamentis tuis. II. 4. Vt ego regem *tuerer, eiusque salutem et incolumitatem* regni *defenderem*, regi regnoque *praesidio essem*. IV. 1. Reperies, me exercitu imbecillo, *contra* metum maximi belli *firmissimum praesidium habuisse* aequitatem et continentiam. V. 1. Omnium mearum reliquarum rerum, maximeque existimationis meae, *procurationem susceptam velim habeas*. V. 4. Non tibi solum, sed tuis omnibus, video, *in perpetuum summo te praesidio futurum*. VI. 1. De me autem *suscipe* paulisper *meas partes, et eum te esse finge, qui ego sum*. VI. 9. *Acrius, apertius, significantius* dignitatem tuam *defendissem*. ibid. Domus vt *propugnacula et praesidium habeat*. VII. 4. *Vt totum te susciperet ac tueretur*. VII. 5. Te tamen oramus, quibuscunq; erimus in terris, *vt nos* liberosque nostros *ita tueare, vt amicitia nostra et tua fides postulabit*. VII. 13. Quum quaestor in mea atque in publica causa, consulum *partes susceptisset*. VII. 36.

Nouarum me necessitudinum fidelitate, *contra* veterem perfidiam *muniendum putaui.* VIII. 1. Me -- opera tamen et consilio, studio quidem certe, *rei, famae, saluti tuae praesto futurum.* ibid. Quum in tui familiarissimi iudicio ac periculo tuum nomen coniungeretur, *quam potui accuratissime te tuamque causam tutatus sum.* VIII. 19. *Nullae re saluti tuae defui.* ibid. *Egi tuam causam apertius*, quam tempora nostra ferebant; *vincebatur enim fortuna ipsa debilitatae gratiae nostrae tui charitate.* IX. 14. Quod scribis, *praelia te mea causa sustinere*, non tam id laboro. XI. 1. Is pro honore meo, pusillorum ac *maleuolorum obtrectationes et inuidias non prosternat atque obterat?* XI. 15. *Suscipe me totum, atque quicquid est oneris ac muneris*, pro mea dignitate *tibi tuendum ac sustinendum puta.* ibid. *Liberalitatem in me* absente *defendendo mihi praestes.* ibid. Ad Caesarem *meam causam agas, meque tibi in omnes partes defendendum putes.* XI. 29. Bis enim est a me *iudicio capitis, rebus saluis, defensus.* XII. 1. Quum *pro* mea salute *acerrime propugnaret.* XII. 22. *Quoad potero, tuam famam* et dignitatem *tuebor.* XII. 34. *Nec* posteaquam *suscepi causam* libertatis, *minimum tempus amisi tuendae salutis*, libertatisque communis. XIII. 1. *Totam Remp. sum com-*

complexus, egique acerrime. XIII. 7. *Dixi de te*, quae potui, *tanta contentione*, quantum forum est, *tanto clamore consensuque* populi, *vt nihil vnquam simile viderim.* XIII. 10. *Muniendi vero nosmet ipsi fuimus* aucto exercitu, *auxiliisque multiplicatis.* XIII. 14. *Quibusque rebus et communem salutem muniri*, et nos armari conueniret, praecepimus. ibid. Eo autem die, *magna mihi fuit pro* tua dignitate *contentio.* XIII. 17. *Quod libere et fortiter salutem meam defendisses.* XIII. 19. *Oratio assidua et perpetua de me, iurgia cum obtrectatoribus propter me*, notissima mihi sunt. XIV. 4. Quod reliquum est, *tuum munus tuere*, et me, si quem esse voluisti, cum exitu rebusque cognoscis, *defende ac suscipe.* ibid. *Causam tuam egi non inuita Minerua.* XIV. 5. Quem *quibuscunque rebus potero, diligenter tuebor.* ibid. *Maleuolentiae hominum in me*, si poteris, *occurres.* XIV. 8. *Dignitatem meam*, si mereor, *tuearis, sicut adhuc singulari cum beneuolentia feciſti.* XIV. 13. Propterea quod *omnibus curis Remp. mihi tuendam putabam.* XIV. 15. *Quam diligentissime potui, causam* Reip. *egi.* XV. 15. Salutis atque incolumitatis *causam suscipere.* XV. 17. *Mirifice quosdam homines -- tuetur et diligit.* XVI. 14. Vt eum iuues, et ceteris

rebus *tegas atque tueare.* XVI. 33. vid. Advocatvs, Patronvs.

Dehortandi form. Cupio *non obtundere te*, si non delectare nostro studio, *cupio deterrere*, ne permaneas in incepto, *quum* duae *res istae* contrariae *me conturbent.* XI. 13.

Delectare. *Deliciae* vero *tuae*, noster Aesopus. --- quae popularem admirationem habuerunt, *delectationem tibi nullam attulissent.* II. 3. Aliam *aberrationem a molestiis nullam habemus.* X. 29. vid. Gratvs, angenehm. it. Recreare.

Deliberare. *Magnae est deliberationis*, quae ratio sit ineunda nobis non agendi aliquid, sed illius concessu et beneficio quiescendi. XI. 3. vid. Consvlere.

Delicatvs. Quod erit coenae, *magnificum sit et lautum.* VIII. 15.

Describere. *Mira* enim *persona induci potest* Britannici Iureconsulti. III. 1. Quod ad me *quasi formam* communium temporum et totius Reip. *misisti expressam.* VI. 5. *Vultus* mehercule *tuos mihi expressit omnes*, non solum animum ac verba protulit. XIV. 15.

Deserere. Postulabimus *ex qua haeresi*, vi, hominibus armatis, *deiectus sis*, in eam restituare. X. 31. Virtuti *nuncium remisisti.* ibid.

Desi-

DESIDERARE. Vt quoad eius fieri possit, praesentiae tuae *desiderium meo labore minuatur.* II. 4. Vt *desiderio* nostri te *aestuare* putarem. III. 5. *Miro desiderio me* vrbs *afficit.* V. 16. *Paullo facilius* putaui posse me *ferre desiderium* tui, sed *plane non fero.* VI. 17. Non ignoro, *quantum ex desiderio labores.* VII. 1. Quanquam videre te *tota cogitatione cupio.* VII. 6. *Quod si tuum desiderium te mouet.* VII. 26. *Quum incendisses cupiditatem* consuetudinis augendae nostrae. VII. 36. *Me tanto desiderio afficis.* ibid. *Vt nostrum desiderium* crebris et longis epistolis *leniatur.* ibid. Intellexi, videndi mei *te summa cupiditate affectum esse.* VIII 8. Sed *flagitat* tabellarius. X. 29. Hic tui omnes valent, *summaque pietate te desiderant*, et diligunt et colunt. XVI. 35. vid. CVPERE.

DESPERARE. Sed hoc scito, tuos veteres hostes, nouos amicos, *vehementer* litteris *perculsos, atque ex magna spe deturbatos iacere.* I. 1. Nisi (id negotii) meis commendationibus confecerit, *id se in perditis et desperatis habiturum.* IV. 13. Nisi *diuturna desperatione rerum obduruisset animus ad* dolorem nouum. VII. 13. Quibus te consoler vt afflictum, et *iam omni spe salutis orbatum.* IX. 16. De te autem ipso -- est tuum sic agitare animo, vt *non adhibeas in consilium cogi-*

cogitationum tuarum desperationem. X. 1. Si nihil in Lepido spei sit, *descensurum ad extrema.* XV. 6. vid. SPERARE et NON.

DIFFERRE, **Aufschieben.** *Omnino res tota in* mensem Ian: *reiecta erat.* I. 5. *Ne tempus nobis* prouinciae *prorogetur.* III. 23. *Sane tanquam in quodam incili iam omnia adhaeserunt.* III. 28. *In* Calendas *reiecta causa est.* III. 29. Vt video, causa haec integra *in proximum annum transferetur.* ib. (Eos) qui potestatem habent intercedendi, *moram afferre* oportere (putant). IV. 5. *Longi subsellii,* vt noster Pompeius appellat, iudicatio et *mora, siquem tibi item vnum alterumue diem abstulerit.* V. 12. Suadere institui, vt *bellum duceret.* VIII. 20. *In* posterum diem *iter suum contulit.* XV. 5. Comitia *in* Ianuarium mensem *protrudimus.* XV. 7. Ego porro non --- cupiditate prouinciae *produci longius spatium mihi volo.* XV. 14. *Quis tantam moram huic bello adiunctum iri* putaret? XVI. 32.

DIFFERRE, **Unterschieden seyn.** Etiamsi *inter causas* armorum *aliquantum interfit.* X. 3.

DIFFICILIS. *Incideramus in difficilem nodum.* VI. 6. *Nunquam mihi videor tractasse causam difficiliorem.* VI. 9. Nihil enim constitui potest, *quod non incurrat in magnam aliquam difficultatem.* VII. 14. Nec Dolabella

bella possit *durius vobis efficere negotium.* XV. 14.

DILIGENS. Pudet enim me vxori meae optimae, suauissimis liberis, *virtutem et diligentiam non praestitisse.* I. 9. Senatui populoque Rom. tantae curae esse salutem suam, *meque tantam diligentiam adhibere.* IV. 1. *Non potuit accuratius agi,* neque prudentius, *quam actum est a te.* VI. 13. Hominem cognosces et prudentem --- *et magni laboris summaeque industriae.* IX. 25. Semper animaduerti *studiose te operam dare.* IX. 26. *Non satis diligenter cum* auspiciis *operam dedisse.* XIII. 17. Neque animum, *neque diligentiam mihi defuturam.* XIV. 4. Sed tamen *nihil de diligentia remittere debetis.* XV. 5. *Dabo operam, vt meum studium et diligentiam vobis* P. C. et Reip. *praestem.* XV. 15.

ad DILIGENTIAM HORTANDI FORMVLAE. Tanta est expectatio vel animi, vel ingenii tui, vt ego te obsecrare obtestarique non dubitem, *sic ad nos confirmatus reuertare, vt quam expectationem tui concitasti, hanc sustinere ac tueri possis.* III. 6. Summa, scito, te in expectatione esse, *eaque a te expectari, quae a summa virtute, summoque ingenio expectanda sunt.* III. 8. *Est enim tibi grauis aduersaria constituta et parata, incredibilis quaedam*

ex-

expectatio, quam tu vna re facillime vinces, si &c. III. 9.

DISCERE. Quibus (*studiis*) *a pueritia dediti ac deuincti*. V. 1. Quum *plena sint monumenta* Graecorum, quemadmodum sapientissimi viri regna tulerint. VIII. 15. *Quae ab aliis magnis viris accepisti -- et ipse ingenio studioque peperisti*. IX. 3. vid. DOCTVS, STVDERE.

DISCIPVLVS. Mihi vero glorioſum, te iuuenem conſulem florere laudibus, quaſi *alumnum diſciplinae meae*. XII. 9.

DISPLICERE. *Stomacho eſt* ſcilicet Pompeius M. *nunc ita languenti, vt vix id quod ſibi placeat, reperiat*. VI. 8.

DISPVTARE. De damnatione *feruenter loqui* coeptum eſt. IV. 5. Scis Appium *de aere* alieno *acerrime agere*. VI. 15. Omnibus in rebus, *quae in aliquam controuerſiam vocarentur*. X. 14.

DISSENTIRE. De tribus legatis *frequentes ierunt in alia omnia*. I. 12. Niſi quod in philoſophia *vehementer ab eo diſſentio*. III. 21. Ex eo quidam ſuſpicati fortaſſe ſunt, *animorum contentione, non opinionum diſſenſione me ab eo diſcrepare*. V. 16. Frequens ſenatus *in alia omnia iit*. VI. 8. Homines in diſſenſione domeſtica debent, quam diu *ciuiliter* ſine armis *certetur, honeſtiorem ſequi partem*, vbi

ad

ad bellum et castra ventum sit, *firmiorem*, et id melius statuere, quod tutius sit. VI. 15. Quum ab ea sententia Pompeius *valde abhorreret*. VIII. 20. *Qui non idem consilium, quod tu, sequuti sunt*, eos vides *in duo genera esse distractos*. IX. 7. Suspicatus sum *te a iudicio nostro*, sic scilicet vt doctum hominem a non indocto, *dissidere*. XI. 21. *Nunquam a tuis consiliis discreparem; nec nunc committam, vt vllum* meum factum *reprehendere iure possis*. XIII. 4. Frequens eum senatus reliquit, et *in alia omnia discessit*. XIII. 17. Etsi Academiae nostrae *cum eo magna rixa est*. XVI. 30. vid. CONCORDARE.

DISSITVS. Quoniam *interuallo locorum et temporum disiuncti sumus*. II. 1.

DIVES. Id vtrum Romano more locutus sit, *bene numatum te futurum*, an quomodo Stoici dicunt, omnes esse diuites, *qui coelo et terra frui possunt*, postea videro. II. 12. Non, *si Varronis thesauros haberem*, sustinere sumtum possem. XIV. 7. Balbus quaestor *magna numerata pecunia, magno pondere auri, maiore argenti coacto* -- duxit se a Gadibus. XV. 19. Traiecit sese in regnum Bogudis *plane bene peculiatus*. ibid.

DIVVLGARE. Ne qua inuidiosum tibi sit, *si emanarit*. vid. RVMOR EST.

DOCERE, DOCTVS. Quod ipse *litteris omni-*

omnibus a pueritia deditus, experiendo tamen magis, quam discendo cognoui. II. 1. Lentulum nostrum --- *cum ceteris artibus*, quibus studuisti semper ipse, *tum in primis imitatione tui fac erudias*: nulla enim erit hac praestantior disciplina. ibid. Est enim *omni liberali doctrina politissimus*. III. 21. Homo mea sententia, summa prudentia, *multa etiam doctrina, plurimo rerum vsu*. V. 7. Nec enim clarissimorum virorum, quorum similes esse debemus, exempla, *neque doctissimorum, quos semper coluisti, praecepta te fugiunt*. VII. 11. Quae didicisti, quaeque ab adolescentia *pulcherrime a sapientissimis viris tradita, memoria et scientia comprehendisti*. VIII. 3. Seruius frater tuus, *quem litteratissimum fuisse iudico*, facile diceret: Hic versus Plauti non est, hic est. VIII. 15. Quae fortasse illis, quum dixi, *nec illiterata, nec insulsa esse videantur*. ibid. Veni igitur, si vir es, et disce iam προλεγομενα, quae quaeris: etsi *sus Mineruam*. VIII. 17. Te autem ab initio aetatis, memoria teneo, *summe omnium doctrinarum studiosum fuisse, omniaque quae a sapientissimis, ad bene viuendum, tradita essent, summo studio curaque didicisse*, quae quidem vel optimis rebus et vsui, et delectationi esse possent. IX. 1. P. Nigidio *vni omnium doctissimo et sanctissimo*, et maxima

quon-

quondam gratia, et mihi certe amiciſſimo, ne benigne quidem polliceri poſſum. IX. 3. Eam partem, quae *ab exquiſita quadam ratione et doctrina proficiſcitur*, non attingam, tibi totam relinquam. ibid. Et illud tibi *homini peritiſſimo rerum et exemplorum, et omnis vetuſtatis ne ipſe quidem rudis*, ſed *in ſtudio minus fortaſſe quam vellem, verſatus*, ſpondeo. IX. 4. *Ita enim natus, ita educatus, ita doctus es, ita etiam cognitus*, vt tibi id faciendum ſit. IX. 24. In ea es vrbe, *in qua haec vel plura et ornatiora parietes ipſi loqui poſſe videantur*. X. 2. *Doctum* igitur *hominem cognoui, et ſtudiis optimis deditum*. X. 36. Eo minus credebam, *plurimis atque optimis artibus ornato tibi* temere quidquam perſuaderi poſſe. XII. 13. vid. STVDERE.

DOLERE, NON DOLERE. *In luctu et ſqualore ſum*. I. 2. Sic exiſtimes, *vehementius me tua miſeria, quam mea commoueri*. I. 6. Me miſerum! te iſta virtute, fide, probitate, humanitate *in tantas aerumnas propter me incidiſſe*; Tulliolamque noſtram, ex quo patre tantas voluptates capiebat, *ex eo tantos percipere luctus!* Nam quid ego de Cicerone dicam? qui quum primum ſapere coepit, *acerbiſſimos dolores miſeriasque percepit*. I. 8. *Conficior* enim *moerore*, tum etiam pudore. I. 9. *Afficior ſummo dolore*. I. 15.

Me in summo dolore, quem in tuis rebus capio, maxime scilicet *consolatur spes.* I. 17. Omnibus his de causis debes istam molestiam *quam leuissime ferre.* III. 13. *Illud plane moleste tuli* -- quod videbam. VI. 1. Id. M. Fabius *pergrauiter tulit.* VI. 2. Audio, *te animo angi,* et medicum dicere, *ex eo te laborare.* VII. 9. *Magno dolore me affecissent* tuae litterae, nisi iam et *ratio ipsa depulisset omnes molestias, et diuturna desperatione rerum obduruisset animus ad dolorem nouum.* VII. 13. Sed *perturbati dolore animi,* magnisque iniuriis, metuo ne id consilii ceperimus. VII. 22. *Ad* ceteras meas miserias *accessit dolor e* Dolabellae valetudine. VII. 24. *Tantum ex tuis molestiis cepi doloris, vt consolatione ipse egerem.* VII. 26. Quum *longius a summi luctus acerbitate meus abesset dolor, quam tuus.* ibid. *Neue tam grauiter eos casus feramus,* quos nullo consilio vitare possumus. ibid. *Grauiore etiam sum dolore affectus* (eius aduentu). VII. 28. Sed tamen *in* ea voluptate *hunc accepi dolorem.* VII. 36. *Vt ea moderate feramus.* VIII. 1. Et illud adiunges, homines sapientes turpitudine, *non casu,* et delicto suo, *non aliorum iniuria commoueri.* VIII. 19. *Vehementer* te esse solicitum, et in communibus miseriis *praecipuo quodam dolore angi,* multi ad nos quotidie deferunt. IX. 1.

Doleo

Doleo tamen, te sapientia praeditum prope singulari, *non tuis bonis delectari potius, quam alienis malis laborare.* IX. 1. *Etsi nemini concedo, qui maiorem ex* pernicie et peste Reip. *molestiam traxerit.* ibid. *Est omnino vix consolabilis dolor.* ibid. *Id eo leuius ferendum est.* ibid. *Nos cura et dolore proximi sumus,* precibus tardiores. IX. 7. *Sin te tanta mala* Reip. *frangunt.* IX. 9. *Qui tulissent acerbius* veniam tibi dari IX. 14. *Angoris et doloris tui leuandi causa.* ibid. Miraris, me tanta perturbatione valetudinis tuae *tam grauiter exanimatum fuisse.* IX. 18. *Idem est ei sensus, et eadem acerbitas ex* interitu rerum et publicarum, et suarum. X. 1. Etsi multarum rerum *desiderio te angi* necesse est, tamen *illo dolore,* quo *maxime te confici* audio, quod Romae non sis, *animum libera.* ibid. *Te id ipsum -- maxime excruciat.* ibid. Omnia humana *placate et moderate feramus.* ibid. Hoc tu pro sapientia tua *feres aequo animo.* X. 30. Eo casu, *quo sum grauissime afflictus.* XI. 1. Etsi *genus hoc consolationis* miserum atque *acerbum est,* propterea, quia per quos id fieri debet -- *ipsi pari molestia afficiuntur.* XI. 2. *Quid est quod te tantopere commoueat tuus dolor intestinus?* ibid. *Quid* ad *dolorem adiungi potuit?* ibid. Quum te *tranquilliore animo esse* cognouero. ibid. In me

consolando *non mediocrem ipse animi dolorem adhibuisti.* XI. 3. Eum *dolorem, quem a* Rep. *capio.* ibidem. Tuis monitis praeceptisque *omnis est abiiciendus dolor.* XI. 4. *Quantum potero, me ab omnibus molestiis et angoribus abducam.* ibid. *Periniquo patiebar animo* te a me digredi. XI. 22. Cupio enim Caesaris mortem *omnibus esse acerbam.* XII. 13. *Non mediocri dolore afficiebar.* XIII. 15. *Tanto maiorem iis* frustratio *dolorem attulit.* XV. 18. v. LVGERE. it. MAGNANIMVS.

DONARE. Curio misi, vt medico *honos haberetur.* VI. 23.

DORMIRE. Itaque *habui noctem plenam timoribus ac miseriis.* VII. 9.

DVBITARE. *Ego quidem vehementer animi pendeo.* III. 28. *Nullam* enim *apud me reliquisti dubitationem.* VII. 36. Sic enim intellexi, nihil aliud esse, *quod dubitationem afferret* ei. IX. 7. *Dubitanti mihi --- de hoc toto consilio profectionis, quod in vtramque partem in mentem multa veniebant,* magnum pondus accessit *ad tollendam dubitationem,* iudicium et consilium tuum. XII. 16. Ego *tamen non habui ambiguum,* et statim ad Plancum misi. XIV. 8.

DVRVS. *Ferreus essem,* si te non amarem. VII. 36. At *in eius personam multa fecit asperius.* Armorum ista sunt facta, non Caesaris.

saris. IX. 16. *Nescio, quo pacto obdurauerunt* amici. XI. 14. Nam *quae res nullam habebat dubitationem*, -- ea nunc magnam affert solicitudinem. XIV. 20.

E.

Non EDAX. Expecta hospitem cum *minime edacem*, tum *inimicum coenis sumtuosis*. VIII. 23. Etsi *minimum mihi est in coena*. IX. 19. *Non multi cibi hospitem accipies*, sed multi ioci. ibid. vid. ESVRIRE.

EFFICERE. *Quae ego tibi* iucunda et *honesta praestabo*. II. 9. Nosti Marcellum *quam tardus et parum efficax sit* -- ceteri *ita frigide agunt, vt nolle existimentur*. IV. 9. Tu scis, quid *sustinere* possis. V. 8. *Quibus quum parum procederet*, vt vlla lege mihi ponerent accusatorem. VI. 14. *Nemo est tam afflictus, qui* si nihil aliud studeat, nisi id quod agit, *non possit nauare aliquid et efficere*. X. 1. Scribis, te confidere, autoritate et eloquentia nostra *aliquid profici posse*; *non nihil*, vt in tantis malis, *est profectum*. XII. 24. *Vt ad effectum horum consiliorum peruenirem*. XIII. 14. *Quid* enim *praestare aliud virtus potest?* XIV. 5. Nunc vero euersis omnibus rebus, *quum consilio profici nihil possit*. XVI. 36.

EFFVGERE. vid. FVGERE, VITARE.

ELIGERE. Qui praetores fuissent, --- *in*

sortem coniicerentur. IV. 5. Itaque iam, vt video, *alterutram ad conditionem descendere vult Caesar.* ibid. Plane timet Caesarem *consulem designari.* VI. 6. Vide, ne dum pudet te parum optimatem esse, *parum diligenter, quid optimum sit, eligas.* VII 12. *Delectum* remigum satis celeriter *habuimus.* XVI. 3.

ELOQVENS. Vt enim Aristarchus Homeri versum negat, quem non probat; sic tu, libet enim mihi iocari, *quod disertum non erit, ne putaris meum.* VI. 5. *Ipsa illa, si qua fuit in me facultas orationis,* nisi me ad has exercitationes retulissem, *exaruisset.* VIII. 17. Et ego ipse quem tu -- *diuitias orationis habere* dicis, *me non esse verborum ad modum inopem* agnosco -- *facile cedo tuorum scriptorum subtilitati et elegantiae.* IX. 11. Legi concionem tuam, *nihil illa sapientius,* ita *pedetentim et gradatim tum accessus a te ad causam facti, tum recessus.* XII. 9. Putat, me eius generis artificium quoddam tenere. Ei ergo pollicitus sum, *me ex intima nostra arte depromturum mirificum genus commendationis.* XVI. 14. Marcus *est adhibendus,* isque *diu et multis lucubrationibus commentata oratione.* XVI. 29. Ain tandem? insanire tibi videris, quod imitere *verborum meorum,* vt scribis, *fulmina?* tu insanires, si *consequi* non posses; quum vero *etiam vincas,* me prius irrideas, quam

quam te, oportet. XVI. 31. Ipsa iudicia non solemus omnia tractare vno modo; *priuatas causas*, et eas tenues *agimus subtilius*, capitis aut famae scilicet *ornatius*, *epistolas* vero *quotidianis verbis texere solemus*. XVI. 31.

EMENDARE. vid. CORRIGERE.

EPISTOLAS ad alios DARE. Quae res fecit, vt *tibi litteris obstrepere* non auderem. I. 10. Quoniam interuallo locorum et temporum disiuncti sumus, *per litteras tecum quam saepissime colloquar*. II. 1. *Quoties mihi certorum hominum potestas erit, quibus recte dem, non praetermittam* ibid. *Cuius litteris omnia certiora perlatum iri ad* senatum, putabam. IV. 3. *Quod tecum* et coram, et *per litteras diligentissime egi*. V. 15. Vereor, *ne litterarum a me officium requiras*. IX. 16. *Complecti litteris* maluissem gratulationem. ibid. Harum (litterarum) *exemplum in* codicillis *exaraui*. IX. 19. *Plura committenda epistolae non erant*. X. 4. *Cupidissime et quam creberrime potero* scribam ad te. XIII. 12. Satis me multa scripsisse, *quae litteris commendari possint*, arbitror. XIV. 7. Hanc *commendationem*, quam his *litteris consignare* volui, scito esse omnium grauissimam. XVI. 14.

EPISTOLAS BREVIORES excusandi formulae. *Breuitas tuarum litterarum me quoque breuiorem in scribendo facit*; et vere vt dicam,

non satis occurrit, quod scribam. XVI. 2. Quid scriberem non habebam --- *inanem autem sermonem litterarum tibi iniucundum esse* audiebam. *Breuitatem sequutus sum, te magistro.* XVI. 4.

Epistolas FREQVENTES expetendi formulae. *Litteras ad te nunquam habui, cui darem, quin dederim. A te, vt idem facias, peto,* inprimisque vt ita ad tuos scribas, vt me tuum sentiant esse. XII. 4. *Frequentior in isto officio esse debes.* XII. 11. *Magis tuum officium desideraui,* quam abs te requiri putaui meum. XVI. 11.

Epistolam INANEM excusandi form. Sed quia *nec quid tibi pollicerer,* ipse egens rebus omnibus, *nec quid suaderem,* quum mihimet ipsi consilium deesset; *nec quid consolationis afferrem* in tantis malis, *reperiebam* -- tamen *inanes esse meas litteras, quam nullas malui.* VIII. 3.

Epistolas LONGIORES excusandi formulae. Haec ad te pluribus verbis scripsi, quam soleo, *non otii abundantia, sed amoris erga te,* quod *me quadam epistola subinuitaras,* si memoria tenes. II. 3. Haec ad te eo pluribus scripsi, vt intelligeres, *me non vulgariter, nec ambitiose, sed vt pro homine intimo ac mihi perneccessario scribere.* IX. 30. Superioribus litteris *benenolentia magis adductus,* quam

quod

quod res ita postularet, *fui longior*. X. 1. Sed haec satis multa, vel plura potius, quam necesse fuit. *Facit autem non loquacitas mea, sed beneuolentia longiores* epistolas. X. 3. Sed quid ago? *non imitor* λακωνισμον *tuum*, altera iam pagella procedit. XVI. 4.

Epistolas LONGIORES expetendi formulae. Ac velim posthac sic statuas, *tuas mihi litteras longissimas quasque gratissimas fore*. VIII. 16. *Non enim te epistolis, sed voluminibus lacesserem, quibus* quidem *me a te prouocari oportebat*. Quamuis enim occupatus sis, *otii* tamen *plus habes*, aut si ne tu quidem vacas, noli impudens esse, nec mihi molestiam exhibere, et a me litteras crebriores, quum tu mihi raras mittas, flagitare. XIV. 15.

Epistola OFFICIOSA. Vt mihi reddidit a te litteras *plenas et amoris et officii*. III. 16. Vix tandem legi litteras dignas Appio Clodio, *plenas humanitatis, officii, diligentiae*. V. 12. Vel quas proxime acceperam, quam prudentes, *quam multi et officii et consilii*. V. 16. Tu autem, mi Cicero, sic haec accipies, vt siue probabuntur tibi, siue non probabuntur, *ab optimo certe animo ac deditissimo tibi, et cogitata et scripta esse, iudices*. VII. 18. Redditae mihi iam tandem sunt a Caesare litterae *satis liberales*. VII. 33. Accepi tuas

litteras *pleniſſimas ſuauitatis.* VIII. 17. Non concedam, vt ei iucundiores *tuae ſuauiſſime ad eum et humaniſſime ſcriptae litterae* fuerint, quam mihi. X. 6. *Omnis amor tuus ex omnibus partibus ſe oſtendit in his litteris,* quas a te proxime accepi. XI. 14.

Epiſtolas RARIORES accuſandi formulae. *Tu vide quam ad me litterae non perferantur. Non enim adduci poſſum, vt abs te -- nullas putem datas.* IV. 8. Equidem *nunquam* domum *miſi vnam epiſtolam, quin eſſet ad te altera.* IV. 8. *Raras tuas quidem, fortaſſe enim non perferuntur,* ſed ſuaues accipio litteras. V. 16. *Tui tabellarii ad me inanes veniunt,* ad te cum epiſtolis reuertuntur. X. 30. Puto, te iam ſuppudere, *quum te haec tertia iam epiſtola ante oppreſſit,* quam tu ſchedulam aut litteram. Sed non vrgeo, *longiores* enim expectabo, vel potius *exigam.* X. 31. Noli committere, *vt excuſatione potius expleas officium ſcribendi, quam aſſiduitate litterarum.* XII. 37. Quamuis occupatus ſis, *otii tamen plus habes,* aut ſi ne tu quidem vacas, *noli impudens eſſe,* nec mihi moleſtiam exhibere, *et a me litteras crebriores, quum tu mihi raras mittas, flagitare.* XIV. 15.

Epiſtolas RARIORES excuſandi formulae. Quanquam me nomine negligentiae ſuſpectum tibi eſſe doleo, tamen *non tam moleſtum*

ſtum mihi fuit accuſari abs te officium meum, quam iucundum requiri: praeſertim quum in quo accuſabar, culpa vacarem, in quo autem deſiderare te ſignificabas meas litteras, *prae te ferres perſpectum mihi quidem, ſed tamen dulcem et optatum amorem tuum.* III. 6. Equidem *neminem praetermiſi*, quem quidem ad te peruenturum putarem, *cui litteras non dederim*; etenim *quis eſt tam in ſcribendo impiger, quam ego?* -- Non vereor, ne non ſcribendo *te expleam.* ibid. Peto a te, *ne me putes obliuione tui rarius ad te ſcribere*, quam ſolebam, ſed aut grauitate valetudinis, -- aut quod abſim ab vrbe, vt qui ad te proficiſcantur, ſcire non poſſim. X. 4. Si ſemper haberem cui darem, *vel ternas in hora darem.* X. 31.

Epiſtolam VETVSTAM excuſandi form. Etſi erat ἄωλος illa epiſtola, praeſertim tantis poſtea nouis rebus allatis; tamen *perire meam lucubrationem nolui.* VIII. 10.

EPITAPHIVM. Vt iidem, in eodem loco *monumentum ei marmoreum faciendum locarent.* XI. 12.

EQVITARE. Potes *mulo iſto* --- Romam *peruehi.* VIII. 17. Repente *equum immiſi ad* eam legionem. XIV. 1.

ERRARE. Quum a me exponeretur, quae mea expectatio fuiſſet orationis tuae, *quantoque*

toque in errore versatus essem. I. 3. *Nisi quid me fefellit.* VII. 2. *In quo iudicio lapsus.* VII. 36. Verum vt *errare*, mi Plance, potuisti, *quis enim id effugerit?* sic decipi te non potuisse, quis non videt? Nunc vero etiam *erroris causa sublata est.* Culpa enim illa *bis ad eundem* vulgari reprehensa est prouerbio. XV. 13. *Quae res nos vehementer fefellit.* XV. 15.

ESVRIRE. *Integram famem ad ouum affero,* itaque *ad assum vitulinum opera perducitur.* Proinde te para, *cum homine edaci tibi res est.* VIII. 22. *Confectus languore et fame.* XVI. 11.

EXAVDIRE. Sed plane *nec precibus nostris,* nec admonitionibus *reliquit locum.* I. 11. *Cedit multorum iustis et officio incensis,* non inanibus aut ambitiosis, *voluntatibus.* IX. 16. Egi vehementer cum his, *vt hoc mihi darent.* IX. 21.

EXCELLERE. Genus enim scriptorum tuorum etsi erat semper a me expectatum, tamen *vicit opinionem meam,* meque ita vel cepit, vel incendit, vt cuperem &c. I. 18. Lentulum nostrum eximia spe, *summae virtutis adolescentem.* II. 1. Summa, scito, te in expectatione esse, eaque a te expectari, *quae a summa virtute, summoque ingenio expectanda sunt,* III. 8. Vel quod *excelso et illustri loco*

sita

sita sit laus tua, in plurimorum et sociorum et ciuium *conspectu.* III. 10. Tu idem mihi supplicationem decreuisti togato, *non vt multis,* Rep. bene gesta, *sed vt nemini,* Rep. conseruata. V. 1. *Quae quidem* (*dignitas*) a te ipso, integritate et clementia tua *sic amplificata est, vt nihil addi posse videatur.* V. 17. Hoc ipso *vincit* viros optimos. ib. *Omnium seculorum et gentium principis.* VI. 5. Πολλοι μαθηται κρειττονες διδασκαλων. VIII. 13. Omnes ciues existimant, *quasi lumen aliquod,* extinctis ceteris, *elucere sanctitatem* et prudentiam et dignitatem tuam. IX. 1. *Quod te ad omnia summum atque excellens armauit ingenium.* IX. 23. Domus est, *quae nulli* villarum mearum *cedat.* X. 28. Ita iudico, vt *neminem tibi anteponam, comparem paucos.* XI. 21. Quem (Dolabellam) post te consulem *solum* possumus *vere consulem* dicere. IX. 9. *Neminem habes clariorem,* quam te ipsum. *Te imitere oportet, tecum ipse certes.* XII. 9. *Omnia summa consequutus es virtute duce, comite fortuna,* eaque es adeptus adolescens, multis inuidentibus, quos ingenio industriaque fregisti. XIII. 3. *Tu fac* in augenda gloria *te ipsum vincas.* XIII. 10. Hominem summo loco natum, *summo ingenio, summa virtute.* XIV. 11. *Iam non cum aliis, sed tecum ipse certa.* XV. 1. *Te* tamen, id

quod

quod spero, *omnium maximum et clarissimum videre cupio.* XV. 8. Te quidem *magnum hominem* et *praesenti iudicio,* et reliqui temporis expectatione, scito, esse. XVI. 1. Gaudemus instauratione tuarum laudum, quod maximus consularis, *maximum consulem, te ipse vicisti,* et laetamur, et mirari satis non possumus. XVI. 3. *Fatale nescio quid tuae virtuti datum.* ibid.

EXCVSARE. *Libenter tibi me et facile purgassem.* IX. 10. *Vtrique rei excusationem* tuae vitae consuetudo *dat.* IX. 23. Etsi *iusta et idonea vsus es excusatione* intermissionis litterarum. XII. 37. Noli committere, vt *excusatione potius expleas officium* scribendi, quam assiduitate litterarum. XII. 37. Ego autem praeteriti temporis *excusationem affero.* XIII. 14. Quod *te mihi de* Sempronio *purgas,* accipio excusationem. XIV. 5.

EXEMPLVM CAPERE, DARE &c. Lentulum nostrum -- in primis *imitatione tui facerudias; nulla enim erit hac praestantior disciplina.* II. 1. *Exemplum praeclarissimum* vindicandae seditionis *de Rep. sustulerunt.* II. 13. *Docti casu acerbissimo* patris eius. IV. 1. Quae quum viderem *tot vestigiis impressa,* vt in his errari non posset. VII. 2. Nam *quod exemplo fit, id etiam iure fieri putant;* et aliquid, *atque adeo multa addunt et afferunt*

de

de suo. IX. 1. Leuat enim dolorem *communis quasi legis, et humanae conditionis recordatio.* IX. 16. Etsi *leuis est consolatio ex miseriis aliorum.* X. 2. Neque solum ad tempus *maximam vtilitatem attulisti*, sed *etiam ad exemplum.* XII. 9.

EXERCERE. *Philosophiam* illam veram et antiquam, *quae a quibusdam otii esse ac desidiae videtur, in forum atque in ipsam aciem pene deduximus.* V. 1. Valetudinem *intermissis exercitationibus* amiseram. VIII. 17. Ipsa illa, si qua fuit in me, facultas orationis, *nisi me ad has exercitationes retulissem*, exaruisset. ibid. *Nullam artem litteris* sine interprete, et *sine aliqua exercitatione percipi posse.* Non longe abieris. Num ius ciuile vestrum ex libris cognosci potest? qui quanquam plurimi sunt, *doctorem tamen lumenque desiderant.* XII. 18. *Vrge* igitur, *nec transuersum vnguem*, quod aiunt, *a stilo. Is enim est dicendi opifex.* XI. 20.

EXERCITATVS. Qui nunquam in foro apparuerit, *non multum in* iudiciis *versatus sit.* III. 29. Hoc si verbis assequutus es, *aures ad te afferam non minus elegantes.* VIII. 18. *In rebus atque vsu*, plus etiam quam vellem, *versatus.* IX. 3. *Iam pridem in eo genere studii*, literarumque *versatur.* X. 36.

EXERCITVM ADDVCERE. vid. MARCHIREN.

Ex-

EXHILARARE. *Magna me affeceris non modo laetitia*, sed etiam quodammodo gloria. XI. 26. *Magnam partem mihi laetitiae* tua dignitas *affert*. XIII. 17.

In EXILIVM PELLERE. *Eiicere* nos magnum fuit, *excludere* facile est. I. 9. *Quum me ex* Rep. *expulissent* ii, qui illam cadere posse, stante me, non putarunt. IX. 16.

EXORDIVM LONGE PETITVM. Expectare te arbitror, *haec tam longe repetita principia quo spectent*. VIII. 5.

EXPECTARE. Est tibi grauis aduersaria constituta et parata, *incredibilis quaedam expectatio*. III. 9. *Nouarum rerum expectatione suspensi*. IV. 4. Quum Parthorum aduentum *acerrime expectarent*. V. 1. *Est* igitur *aduentus in expectatione*. VIII. 14. Hoc vero tempus, quo exanimati *omnes* et *suspensi sumus*. X. 1. Si mihi *aliquid spatii ad* scribendum *darent*. X. 30. *Epectatione* promissi tui *moueor*. XI. 17. Expectabam omnino iam diu, *meque sustinebam*. ibid. *Omnia erant suspensa propter expectationem* legatorum. XIII. 2. Si cui forte videor diutius et *hominum expectationem, et spem Reip.* de mea voluntate, *tenuisse suspensam*. XIII. 14. Litteras tuas *vehementer expecto*, et quidem tales, quales maxime opto. XV. 1. Quem (aduentum) *non mediocriter captabat*. XV. 18.

EXPEL-

EXPELLERE. *Ex qua me* niues, frigora, imbres *detruserunt.* XI. 29.

EXPERIRI. Quae tu *in experiendo ea ratione*, quae te digna est, *vera esse cognosces.* XIII. 13.

EXPLORARE. Nescis *me ab illo omnia expiscatum.* VIII. 18.

EXPOSCERE. *Flagitare* Senatus instítit Cornutum. XIV. 14. vid. DESIDERARE.

EXPOSTVLARE. *Omnibus est visus*, vt ad te antea scripsi, *suo more vomere, non dicere.* XII. 24. Sic sum in Antonium inuectus, vt ille non ferret, *omnemque suum vinolentum furorem in me vnum effunderet*, -- quem ego *ructantem et nauseantem* conieci in Caesaris Octauiani plagas. XIV. 5.

EXSIBILARE, et NON. *Intactus a sibilo* Hortensius. III. 24.

EXSTIRPARE. Est autem non minus gratum *extrema delere*, quam prima depellere. XIV. 10. In illam igitur curam incumbe, mi Plance, *ne qua scintilla teterrimi belli relinquatur.* XXV. 10.

F.

FACILIS. Qui mallet prouinciam mihi *quam maxime aptam explicatamque* tradere. III. 17. Si eam, quoad eius facere poteris, *quam expeditissimam* mihi tradideris,

facilior erit mihi quasi decursus mei temporis. III. 17. Illud alterum litterarum genus *quotidie mihi*, vt spero, *fiet procliuius.* IX. 4. Res neque nunc *difficili loco* mihi videatur esse, *et fuisset facillimo*, si culpa a quibusdam abfuisset. XIII. 18. *Sine mora* transitus ei esset *paratus.* XIV. 20.

FALLERE. Sine eum errare, et putare me virum bonum esse, nec solere *duos parietes de eadem fidelia dealbare.* XI. 28. Videam ne fallar, *suam fidem solutam esse.* XIV. 21. *Si spes eum frustrata esset.* ibid. Qui quidem quum *in fraudem se deductum videret.* XV. 18.

FAMILIARIS. A. Frebonio -- multos annos *vtor familiariter.* I. 13. Quod vero in C. Marii suauissimi doctissimique hominis *familiaritatem venisti.* III. 4. L. Curuo *iam pridem familiarissime vtor.* IV. 12. *Cum* Hispone *mihi summa familiaritas consuetudoque est*, multaque et magna inter nos officia, paria et mutua intercedunt. IV. 20. M. Fabium vnice diligo, *summaque mihi cum eo consuetudo et familiaritas est peruetus.* V. 10. Cum M. Fabio *summus mihi est vsus.* VI. 2. *Quam familiaritatem et consuetudinem scis mihi iucundissimam* cum patre tuo, *et summam fuisse.* VIII. 5. *Accedebat non mediocre vinculum* cum studiorum, quod ipsum est

per

per se graue, tum *eorum studiorum, earumque artium, quae per se ipsae eos, qui voluntate eadem sunt, etiam familiaritate deuinciunt.* ib. Ostentaui tibi *me istis esse familiarem, et consiliis eorum interesse.* VIII. 14. *Familiares* vero eius, et ii quidem, *qui illi iucundissimi sunt*, mirabiliter de te et loquuntur et sentiunt. IX. 3. *Eo sic vtor, vt nec familiarius vllo, nec libentius.* X. 14. *Is ita mihi familiaris est, vt nihil possit esse coniunctius.* Multa illius in me officia, multaque in illum mea; quodque maximum est, *summus inter nos amor et mutuus.* XII. 2. *Multa* temporibus illis *inter nos familiarissime dicta, scripta, communicata sunt.* XII. 12. *Hoc ego vtor omnium plurimum.* Magna vetustas, magna consuetudo intercedit, quodque plurimum valet, *nihil mihi eius est familiaritate iucundius.* XII. 22. Confirmata iam aetate *familiaritatem*, cum studio meo, tum iudicio tuo *constitutam habui.* XIII. 3. Et praeterea *coniunctus magno vsu familiaritatis.* XVI. 24.

Fatigatvs. Remp. more nostro tuebimur, quanquam *admodum sumus iam defatigati.* Sed *nulla lassitudo impedire officium et fidem debet.* XIV. 5. Fratrem meum *assiduis laboribus* concursationibusque *confectum*, grauiter se habuisse, antea tibi scripsi. XIV. 13.

FAVERE. *Cuius causa omnia* tum *cupio*, tum mehercule etiam debeo. III. 14. *Aliquanto plus commendationis apud me habuit* animus ipsius erga te mihi perspectus. V. 8. Intellexi ex tua oratione, -- te ipsius Annii *causa omnia velle*. V. 15. Cui hic *multum tribuit*. IX. 24. *Mirabiliter faueo* dignitati tuae, quam mihi tecum statuo esse communem. XIII. 3. *Cui maxime cupio*. XIII. 4. Me tuae dignitatis *non modo fautorem, sed etiam amplificatorem cognosces*. XIII. 17. *Non multo plus faueo patriae, quam tuae gloriae*, cuius maximam facultatem tibi dii immortales, vt spero, dedere. XV. 3. *Cuius causa quantopere cuperem deberemque*, ex me facile cognouisti. XVI. 14.

FELIX. Quod si nos ad aliquam alicuius commodi aliquando recuperandi spem *fortuna reseruauit*. I. 6. *Si rem istam ex sententia gesseris*. II. 1. *Florentissimis tuis rebus*. II. 4. In omnibus tuis rebus meis optatis *fortuna respondet*. III. 6. Qui quum suis laudibus, tum vero te filio *superasset omnium fortunam*. III. 7. Vt *optime actum cum eo* videatur esse. III. 13. Vides, mi Cicero, Curionem nostrum *lautum* intercessionis *exitum habuisse*. VI. 8. *Velim ita fortuna tulisset*, vt VI. 12. *Confecta res est ex mea sententia*. VI. 13. *Si dii adiuuabunt*. VI. 16. Non debes aut

aut *propriam fortunam et praecipuam postulare*, aut communem recusare. VIII. 4. Qui Remp. cadere posse, *stante me*, non putarunt. IX. 16. Cum virtutibus, tum etiam *fortuna*, si quid hoc ad rem pertinet, *ornatus*. IX. 28. Nec debes tu, quum de tuis cogitas, *praecipuam aliquam fortunam postulare*. X. 1. Bene sentire rectèque facere, *satis est ad bene beateque viuendum*. ibid. *Omnibus bonis prope perfunctum esse*. XI. 2. Quaecunque in me *bona* sunt, aut *fortunae beneficio tributa*, aut meo labore parta. XIII. 4. *Fortuna suffragante* videris *res maximas consequutus*. XIII. 5. *Si me fortuna non fefellerit*. XIII. 15. *Si nos mediocris modo fortuna* Reip. *adiuuerit*. XIV. 12. *Quod si omnia mihi integra* et ipse, et *fortuna seruauerit*. XIV. 13. *Vt omnia*, vt spero, *prospere procedant*, multum interest te venire. XVI. 2.

FESTINARE. *Curre, per Deos atque homines, et quam primum* haec risum *veni*. VI. 15. Vt ego, si vllo modo potero, *ad te aduolem*. VII. 18. Tu si minus ad nos, *nos accurremus ad te*. VIII. 11. Si id non tenet, *aduola*. XI. 8. *E vestigio eo sum profectus*, prima luce. XI. 12. Num etiam Alpes poteram *transuolare?* XIII. 12. *Contineri* neque legio Martia, neque cohortes praetoriae *potuerunt*, quas sequi coepimus coacti, quando

eas *retinere non poteramus.* XIV. 1. Ipse, si a Lepido non impedior, *celeritate satisfaciam.* XIV. 3. Atque inde *ventis remisque* in patriam *omni festinatione properabam.* XIV. 5. Pro magnitudine rei *celeritatem adhibens.* XIV. 21.

FIDELIS. Si esset in eis *fides, in quibus summa esse* debebat. I. 11. Vir cum beneuolentia *et fide erga* populum Rom. *singulari,* tum praesenti magnitudine et animi et consilii. V. 1. Cognosse te ex iis, *qua in te absentem fide, qua in omnibus officiis tuendis erga te obseruantia et constantia fuissem.* V. 12. In me ipsum magna officia contulit, mihique molestissimis temporibus *ita fideliter beneuoleque praesto fuit.* X. 9. Quum *ita laboret, vt eius fortunae videantur in discrimen venire.* X. 34. *Mea tibi* tamen *beneuolentia fidesque praestabitur.* XII. 24. Legiones *et sua fide virtuteque Reip. coniunctissimas.* XII. 14. Copias adduco et genere, et numero, et *fidelitate firmissimas.* XIV. 3. *Nec animo, nec beneuolentiae cuiusquam pro vobis cedam.* XIV. 4. Qui nobis et Reip. *fidem praestiterunt.* XV. 15. Laterensis nostri *et fidem et animum singularem in remp. semper fatebor.* XV. 18.

FIDVCIAM EXCITARE. *Quae maxime confidentiam attulerunt hominibus.* IV. 5.

FILIVS.

FILIVS. *Imagini animi et corporis tui*, constantissimo atque optimo filio tuo. IX. 16.

FINEM FACERE. Vides, Cicero, Curionem nostrum *lautum* intercessionis *exitum habuisse*. VI. 8. Itaque, quemadmodum *expediam exitum huius institutae orationis*, *non reperio*. VI. 9. Quae non aliquando lugendi *modum fecerit*. VII. 26. Quum consilii tui bene fortiterque susceptí *eum tibi finem statueris*, quem *ipsa fortuna terminum nostrarum contentionum esse voluisset*. VIII. 3. Vbi salutatio *defluxit*. VIII. 22. *Fac vt principiis consentiant exitus*. XII. 31. Sed mi Plance, incumbe vt *belli extrema perficias*. In hoc erit summa et gratia et gloria. XV. 3. Etsi -- aut *appropinquare exitus* huius calamitosissimi belli, aut *iam aliquid actum et confectum* videbatur. XVI. 36.

FORTIS. Vestras copias non noui; nostri *valde depugnare*, et facile algere, et esurire consueuerunt. VII. 17. Hac legione *noli acrius*, *aut pugnacius quidquam putare esse*. XIII. 12. Primo itaque *pugnatum est*, vt *acrius non posset ex vtraque parte pugnari*. XIV. 1. Itaque molestè ferebant, se a te, *quem omnium*, *quicunque fuisset*, *fortissimum iudicaret*, timidum atque ignauum iudicari. XIV. 16. *Nec depugnare*, si occasio tulerit, *nec obsideri*, si necesse fuerit, *nec mori*, si ca-

sus inciderit, *pro vobis paratior fuerit quisquam.* XIV. 21. Spero, me *non pessimum* exercitum habiturum, *ad omnes casus et impetus hominum.* XV. 9.

FRIGVS NOCET. Ψυχος δε λεπτω χρωτι πολεμωτατον (ex Euripide). VII. 6.

FRVSTRA AGERE. In quibus ipse Pompeius fatetur *se et operam et oleum perdidisse.* II. 3. Sed *nihil agunt.* XII. 13.

FVGERE. *Si iam ille euitauerit hoc periculum, et se abdiderit in* classem. VIII. 18. Si forte Pompeius pulsus his quoque locis, rursus *alias regiones petere* cogatur, vt *tu te* vel Athenas, vel in quamuis quietam *recipias* ciuitatem. VII. 18. *Abdidit se in intimam* Macedoniam, *quo potuit longissime a* castris. VIII. 5. *Vitemus oculos hominum*, si linguas minus facile possumus. VIII. 10. Aut (hic) *capiendus tanquam exilio locus.* VIII. 20. Careo -- familiarissimis multis, quos aut mors eripuit nobis, aut *distraxit fuga.* IX. 3. *Pedem referre coeperunt.* XIV. 1. Ne Ventidius *elabatur.* XVI. 6. Antonius *itinere multo maiore fugiens, quam ego sequens.* XV. 5. *Constitit nusquam*, priusquam ad vada venit. ibid. Legati Dolabellae a classe discesserunt, *nauique longa profugerunt*, onerariis relictis. XV. 15. *Vt salutariter recipere me possem.* XV. 18. *Hic discessus nihil fugae simile habe-*

habebat; non miles vllus, non eques, non quidquam impedimentorum amittebatur, aut intercipebatur. XV. 18.

FVNVS. *Funus ei satis amplum faciendum curaui.* XI. 12.

FVRARI. Seruus meus, qui bibliothecam multorum numorum tractauit, quum *multos libros surripuisset* -- aufugit. XI. 16.

G.

GARRVLVS. *Qui si pernicioſum sciret esse loqui de hac re, vix tamen se contineret.* V. 5.

GAVDERE. *Ex* litteris tuis, quas publice misisti, *cepi vna cum omnibus incredibilem voluptatem.* I. 1. *Maximaque laetitia afficior*, quum audio. III. 30. Marcellum tuum consulem factum, *teque ea laetitia affectum esse*, quam maxime optasti, *mirum in modum gaudeo.* III. 32. *Incredibili laetitia sum affectus*, quum id mihi nunciatum est. III. 33. Repente vero *incesi omnibus laetitiis*; in quo quum obiurgarer, quod *nimio gaudio pene desiperem*, ita me defendebam. IV. 6. Comitia ista -- quae me *laetitia extulerunt.* IV. 8. *Maximam laetitiam cepi ex tuis litteris.* V. 12. *Mirificam cepi voluptatem ex* hac tua diligentia. VI. 15. *Gratulor tibi*, mi Balbe, *vereque gratulor*, nec sum tam stultus, *vt te*

vsura falsi gaudii frui velim. IX. 14. *Elatus laetitia.* X. 6. Etsi contentus eram tua gloria -- *satisque ex ea magnam laetitiam voluptatemque capiebam*; tamen non possum non confiteri, *cumulari me maximo gaudio,* quod &c. XII. 9. *Vehementer laetor*, tibi probari sententiam meam. XII. 24. *Incredibilem mihi laetitiam attulerat.* XIII. 5. *Incredibili gaudio sum elatus.* XIII. 17. *Mirabiliter*, mi Brute, *laetor.* XV. 8. *Vehementer laetor.* XV. 13. Adde illud, quod *tibi iucundissimum esse* certo scio, me ipsum ex tua erga Lucceium benignitate, *maxima voluptate affici.* XVI. 16. Illius litteris perlectis, *exsilui gaudio.* XVI. 28. vid. GRATVS, **angenehm.**

GENEROSVS. Tu velim animo sapienti fortique sis, *vt tua moderatio et grauitas aliorum infamet iniuriam.* XI. 30. *Nam quis in ea fortuna*, quae mea est, -- *aut sordidum quidquam pati, aut perniciosum concupiscere potest?* XIII. 14. Omnes *tuos ad laudem impetus noui.* XV. 7. vid. MAGNANIMVS.

GLORIAM QVAERERE, HABERE &c. *Fama ingenii mihi est abiicienda*; quod si possem, non recusarem. VIII. 15. *Abiecta gloria.* VIII. 16. Quid est, quod ego te horter, *vt dignitati et gloriae seruias?* XII. 9. *Omnem tibi reliquae vitae dignitatem ex* optimo

Reip.

Reip. ſtatu *acquires*. XIII. 3. *Vnus eſt*, hoc praeſertim tempore, per tot annos Rep. diuexata, Reip. bene gerendae *curſus ad gloriam*. ibid. Tu fac in *augenda gloria te ipſum vincas*. XIII. 10. Et ipſe *aeternam gloriam conſequere*. XIV. 10. *Magno tibi erit ornamento*, eum beneficio tuo eſſe ſaluum. XIV. 11. *Omnia te metiri dignitate malim*, quam ambitione, maioremque *fructum ponere in perpetuitate* laudis, quum in celeritate praeturae. XIV. 19. *Gloriam omnes ſequuntur*. XV. 7. Si etiam aliqua gloria, iuſta et merita, *prouocabuntur*. XV. 14. v. NOMEN IMMORTALE CONSEQVI.

GRATIAS AGERE. Nero meus *mirificas apud me tibi gratias egit, prorſus incredibiles*, vt nullum honorem ſibi haberi potuiſſe diceret, qui a te praetermiſſus eſſet. IV. 18. *Incredibile eſt, quas mihi gratias omnes agant*. X. 16. *Gratias agit tibi ſingulares*. XVI. 16. *Mirificas tibi apud me gratias egit*. XVI. 37.

GRATIAS AGENDI FORMVLAE. Et cum gratulor, tum vero *quibus verbis tibi gratias agam, non reperio*. IV. 6. *Immortales ago tibi gratias, aguamque dum viuam; nam relaturum me, affirmare non poſſum*. Tantis enim tuis officiis non videor mihi reſpondere poſſe, niſi forte, vt tu grauiſſime diſertiſſimeque ſcripſiſti, ita ſenſurus es, *vt me referre*

ferre gratiam putes, si memoria teneo. XIV. 4. Iam non ago tibi gratias; cui enim vix referre possum, *huic verbis non patitur res satisfieri.* XV. 5. *Neque tanta necessitudo,* quantam tu mihi tecum esse voluisti, *desiderare videtur gratiarum actionem, neque ego libenter* pro maximis tuis beneficiis, *tam vili munere defungor orationis*: et malo praesens obseruantiam indulgentia, assiduitate memorem me tibi probare. XVI. 6.

ad GRATIARVM ACTIONEM RESPONDENDI FORM. Quanquam *gratiarum actionem a te non desiderabam,* quum te re ipsa atque animo scirem esse gratissimo, *tamen,* fatendum est enim, *fuit ea mihi periucunda.* XV. 3.

GRATVLARI. *Dum deferuescat* haec gratulatio. VIII. 10. Gratulationem *litteris complecti* maluissem. IX. 16. *Gratulatione magis vtendum est.* XII. 9.

GRATVLANDI FORMVLAE. Laetor, quod absens omnia cum maxima dignitate es consecutus, quodque *in omnibus tuis rebus meis optatis fortuna respondet.* III. 6. Maxima sum laetitia affectus, quum audiui te consulem factum esse, *eumque honorem tibi deos fortunare volo, atque a te pro tua parentisque tui dignitate administrari.* III. 31. *Quod te omnibus secundissimis rebus dignissimum iudico.* VII. 32. *Etsi mihi nunquam fuit dubium,* quin

quin te populus Rom. prō tuis ſummis in Remp. meritis, et prō ampliſſima familiae dignitate, *ſummo ſtudio, cunctisque ſuffragiis conſulem facturus eſſet*; tamen *incredibili laetitia ſum affectus*, quum id mihi nunciatum eſt. III. 33. Atque *vtinam praeſens illum diem* mihi optatiſſimum *videre potuiſſem*, proque tuis ampliſſimis erga me ſtudiis atque beneficiis, *tibi operam meam ſtudiumque nauare.* ibid. Primum tibi, vt debeo, gratulor, *laetorque cum praeſenti, tum ſperata tua dignitate.* IV. 6. Sed tibi gratulor, et *vt ſempiternae laudi tibi ſit* iſte tribunatus, *exopto.* IV. 10. Dii immortales! *cur ego non adſum, vel ſpectator laudum tuarum, vel particeps, vel ſocius, vel miniſter conſiliorum.* ib. Tibique, cum *pro rerum magnitudine*, quas geſſiſti, tum *pro opportunitate temporis*, gratulor, quod *te de* prouincia *decedentem ſumma laus et ſumma gratia proſequuta eſt.* V. 8. Pro noſtro veterrimo veriſſimoque amore, *omnibus tuis etiam minimis, non modo tanto bono, gaudeo.* XII. 10.

GRATVLATIONEM SERAM EXCVSANDI FORM. Primum tibi, vt debeo, *gratulor*, --- *ſerius*, non negligentia mea, ſed ignoratione rerum omnium. *In iis enim ſum locis, quo* et propter longinquitatem, et propter latrocinia, *tardiſſime omnia perferuntur.* IV. 6. *Sera*

gratu-

gratulatio reprehendi non solet, praesertim *si nulla negligentia praetermissa est.* Longe enim absum, *audio sero.* IV. 10.

GRATVS. **Angenehm.** Multam casus nostri tibi varietatem in scribendo suppeditant, *plenam cuiusdam voluptatis, quae vehementer animos hominum in legendo scripto retinere possit.* I. 18. *Nihil est aptius ad delectationem lectoris*, quam temporum varietates, fortunaeque vicissitudines. ibid. *Habet* praeteriti doloris secura recordatio *delectationem.* ibid. *Deliciae* vero *tuae* noster Aesopus. II. 3. *Non* enim *mediocri afficiebar vel voluptate* ex consuetudine nostra, *vel utilitate* ex consilio atque opera. II. 9. Mihi crede, *nihil ex* ista prouincia *potes, quod iucundius sit, deportare.* III. 4. Intelligo, omnia quae a me profecta sunt in te, *tibi accidisse gratissima.* III. 16. Si rationibus meis a te prouisum esse intellexero, *magnam te ex eo, et perpetuam voluptatem esse capturum.* III. 17. *Iucundus est* mihi sermo litterarum tuarum. IV. 11. *In toto imperio* atque prouincia, *nihil est quod mihi gratius facere possis.* IV. 14. *Omnium tuorum officiorum*, quae et multa et magna sunt, *mihi gratissimum fuerit*, si &c. IV. 21. Itaque in vestro ingenio et industria *mihi plurimum suauitatis* et dignitatis *constitutum puto.* V. 8. Mehercule tuis *incredibiliter* studiis erga

me

me muneribusque *delector*. V. 12. *De tuis innumerabilibus in me officiis erit hoc gratissimum*. VI. 17. *In* noſtris ſtudiis *libentissime conquiescimus*. VIII. 14. Delectarunt me litterae tuae, *in* quibus primum *amaui amorem tuum*, qui te ad ſcribendum incitauit. VIII. 15. Tu ipſe tam amandus es, *tam dulcis, tamque in omni genere iucundus*. IX. 18. Ego -- *mirifice captor* facetiis, maxime noſtratibus. ibid. *Non concedam, vt* Attico noſtro, *quem elatum laetitia vidi, iucundiores tuae litterae fuerint, quam mihi*. X. 6. *Id mihi sic erit gratum, vt gratius esse nihil possit*. X. 19. Id ſi feceris, *erit mihi vehementissime gratum*. X. 20. Erit id mihi *maiorem in modum gratum*. X. 23. Dii boni! *quanto mihi illud erit amabilius*. XI. 10. *Nihil est*, Brute, quum omnia a te expectem, *quod mihi gratius facere possis*. XII. 22. *Gratum, acceptumque est mihi*. XII. 36. Quae *omnia mihi iucunda*, hoc extremum *etiam gratum* fuit. XIII. 3. *Ea gratissima* fuerunt Senatui, P. Q. R. *probatissima*. XIII. 13. *Caue putes vllas litteras vnquam gratiores, quam tuas* in Senatu eſſe recitatas. XIII. 17. *Amabilius certe nihil facere potuisses*. XIV. 4. *Nihil post hominum memoriam* glorioſius, nihil *gratius*, ne tempore quidem ipſo *opportunius, accidere vidi*. XIV. 14. O hominem ſemper illum

lum quidem mihi *aptum*, nunc vero etiam *suauem!* XIV. 15. *Mirifice* et senatus, et cuncta ciuitas *delectata est* concordia vestra. XIV. 22. Litterae tuae *mirabiliter gratae sunt* Senatui. XV. 3. Amor enim tuus ac iudicium de me, *vtrum mihi plus dignitatis in perpetuum, an voluptatis quotidie sit allaturus*, non facile dixerim. XVI. 6. Herbas omnes ita condiunt, *vt nihil possit esse suauius.* XVI. 11. *Tam mihi gratum id erit, quam quod gratissimum.* XVI. 13. *Hoc mihi vehementer erit gratum.* XVI. 34. vid. CHARVS, DELECTARE.

GRATVS, **Danckbahr.** Idque quum sentiam, sedulitate mihimet ipse satisfacere possum, *re quidem ipsa ideo mihi non satisfacio, quod nullam partem tuorum meritorum*, non modo referenda, sed *ne cogitanda quidem gratia consequi possum.* II. 2. Neque enim sum veritus, ne *sustinere* tua in me vel innumerabilia *beneficia* non possim; quum praesertim confiderem, *nullam esse gratiam tantam, quam vel non capere animus meus accipiendo, vel remunerando cumulandoque illustrare posset.* III. 12. Magnum fructum ex ipso capies; *nihil est* enim *illo adolescente gratius.* IV. 8. (Ille) *praestat tibi memoriam beneficii, beneuolentiamque quam debet.* VI. 1. *Ego tuorum* tristissimo meo tempore *meritorum*

rum erga me memoriam conseruabo. IX. 3. Tu vero, vt intelligas *homini amicissimo te tribuisse officium, re tibi praestabo.* IX. 13. Magno enim beneficio affecti *cumulatissime mihi gratiam retulerunt*: nam nec in honoribus meis, nec in laboribus vnquam defuerunt. XI. 23. *Nec* enim *tu mihi gratiam modo habuisti, verum etiam cumulatissime retulisti.* XI. 27. *Malo praesens* obseruantia, indulgentia, assiduitate *memorem me tibi probare.* XVI. 6.

H.

HEREDEM ESSE, FACERE Pecuniam *ex bonis paternis perucnisse ad* Seruilium. IV. 5. Filio meo, quem tibi charum esse gaudeo, si erit vlla Resp. *satis amplum patrimonium relinquam*, memoriam nominis mei. VII. 13. A te peto, vt me hanc quasi falsam *hereditatem* alienae gloriae *sinas cernere.* XII. 9. Ne patiare, Turium -- vt adhuc fecit, *hereditatem* Turianam *auertere.* XII. 29.

HESIODI LAVS. Lepta suauissimus ediscat Hesiodum, et habeat in ore:

Της δ' αρετης ιδρωτα θεοι προπαροιθεν εθηκαν
Αθανατοι.

HILAREM ESSE. Nunc opus est te *animo valere*, vt corpore possis. VII. 9. Valetudini et *tranquillitati animi seruias.* VIII. 8. Mira-

ris, *tam exhilaratam esse seueritatem nostram.* IX. 19.

HISTORIAM SCRIBERE. Vt cuperem, quam celerrime *res nostras monumentis commendari tuis.* Non enim me solum *commemoratio posteritatis ad spem quandam immortalitatis rapit.* I. 18. A principio coniurationis vsque ad reditum nostrum, *videtur mihi modicum quoddam corpus confici posse.* ibid. Quum mihi saepe ostenderis, te *accuratissime nostrorum temporum consilia* atque euentus *litteris mandaturum.* ibid. Quum studium tuum consumas *in virorum fortium factis memoriae prodendis*, considerare debes, nihil tibi esse committendum, quamobrem eorum, quos laudas, non te similem praebeas. IX. 14. Nunc autem *incensus studio rerum tuarum, eas litteris Graecis mandare* cupiebat; posse arbitror. Valet ingenio, *habet vsum, iam pridem in eo genere studii litterarumque versatur.* X. 36.

HONORARE, HONORIFICVS. Haec profecto vides *quanto expressiora, quantoque illustriora futura sint, quum aliquantum ex* prouincia atque imperio *laudis accesserit.* II. 1. Quum et *honoribus amplissimis*, et laboribus maximis *perfuncti essemus.* II. 2. Neque hercule vnquam mihi tui *aut colendi, aut ornandi* voluntas defuit. II. 4. Etiam

hisce

hisce *eum ornes gloriolae insignibus.* II. 5. *Mihi vero tantum decoris, tantum dignitatis adiunxeris,* vt eundem te facile agnoscam esse in laude mea, qui fueris in salute. III. 12. Velles enim, ais, tantummodo vt haberem negotii, *quod esset ad laureolam satis.* IV. 8. Te enim *semper sic colam et tuebor, vt quem diligentissime.* IV. 16. *Vt nullum honorem sibi haberi potuisse diceret, qui a te praetermissus esset.* IV. 18. A te peto maiorem in modum, vt *me per te quam ornatissimum velis esse.* V. 3. Quum *ea consequutus* nondum eram, *quae sunt hominum opinionibus amplissima.* V. 7. *Nihil tibi erit lautius, nihil gloriosius.* V. 8. In vestro ingenio et industria *mihi plurimum* et suauitatis et *dignitatis constitutum* puto. ibid. *Tua* tamen *dignitas suum locum obtinebit.* V. 12. *Habes neminem honoris gradu superiorem.* V. 17. Quum tu *omnibus vel ornamentis, vel praesidiis redundares,* illi, vt leuissime dicam, multa deessent. VI. 1. *Quibus ille me rebus non ornatissimum voluit amplissime?* ibid. *Quaecunque a me ornamenta in te proficiscentur.* VI. 3. Haec mihi *ampliora multo sunt,* quam illa ipsa, propter quae elaborantur. *Insignia* enim *virtutis multi etiam sine virtute assequuti sunt.* VI. 12. Obuiam mihi est proditum, *vt nihil fieri potuerit honoratius.* VII. 1. Victores, *qui me*

quidem perofficiose et peramanter observant. VIII. 22. Caesar *nunquam nisi honorificentissime* Pompeium *appellat.* IX. 16. *Observor a* familiarissimis Caesaris *omnibus.* XI. 19. *Nec quidquam ex omnibus rebus humanis est praeclarius, aut praestantius,* quam de Rep. bene mereri. XIII. 5. Crede mihi omnes, quos adhuc gradus dignitatis consequutus sis, es autem adeptus amplissimos, *eos honorum vocabula habituros, non dignitatis insignia,* nisi &c. XIII. 13. Sin aliter, tum *in istis amplissimis nominibus honorum* non modo dignitas nulla erit, sed *erit summa deformitas.* ibid. *Magnos honores ex ea re* complures *consequutos videbam.* XIII. 14. *Is* enim *denique honos mihi videri solet, qui* non propter spem futuri beneficii, sed *propter magna merita* claris *viris defertur et datur.* XIII. 16. Si modo aliqua Resp. in qua *honos elucere possit,* omnibus mihi crede, *amplissimis honoribus abundabis.* ibid. Is autem qui vere appellari potest honos, non inuitamentum ad tempus, sed *perpetuae virtutis est praemium.* ibid. *Verum decus in virtute positum est,* quae *maxime illustratur* magnis in Remp. meritis. XIII. 17. Quum esset ab eo ordine *ornatus summis honoribus.* XIV. 2. Te tuam dignitatem summa tua virtute tenuisse, prouinciaeque *honoribus* am-

amplissimis affectum, vehementer gaudeo. XIV. 5. Vt primum potestas data est augendae dignitatis tuae, *nihil praetermisi in te ornando*, quod positum esset aut in praemio virtutis, aut in honore verborum. XV. 2.

HORTARI. Quae quidem mea *cohortatio*, ne tibi inanis, aut sine causa *suscepta* videatur, illa me ratio mouit, vt &c. II. 1. *In excitando* autem et *in acuendo* plurimum valet, *si laudes eum, quem cohortere*. VII. 36. *Quid ego praetermisi* aut *monitorum*, aut querelarum? IX. 16. In quae (studia) *tua cohortatione incitatur*. XII. 10. Si aliter sentirem, certe admonitio tua me reprimere, aut, si dubitarem, *hortatio impellere posset, vt id se querer, quod tu optimum putares*. XIII. 4. Totam Remp. sum complexus *egique acerrime*, senatumque *iam languentem et defessum, ad pristinam virtutem consuetudinemque reuocaui*. XIII. 7. Vellem tamen, *meae quoque autoritatis -- praeceptum aliquod ad te peruenire*. XIII. 13.

HORTANDI FORMVLAE. Quare hoc animo in nos esse debes, *vt aetas nostra iam ingraueſcens in amore atque adolescentia conquiescat tua*. III. 6. In hanc sententiam scriberem plura, *nisi te tua sponte satis incitatum esse confiderem*, et hoc quicquid attigi, non

feci inflammandi tui causa, sed testificandi amoris mei. III. 9. Vnum illud nescio, gratulerne tibi, an timeam, quod *mirabilis est expectatio reditus tui*, non quo verear *ne tua virtus opinioni hominum non respondeat.* III. 10. *Non equidem te moneo, sed mihi ita persuasi*, te quoque in iisdem versari rebus. IX. 1. Sed *haec tu melius, vel optime omnium.* IX. 3. *Hortatione tu quidem non eges*; si ne illa quidem in re, quae a te gesta est, post hominum memoriam, maxima, *hortatorem desideraſti.* XII. 31. Tu *si* dies noctesque *memineris*, quod te facere certo scio, *quantam rem gesſerus, non obliuiscere* profecto, *quantae tibi etiam nunc gerendae sint.* ibid. Te tamen hortor, *vt omni cura in Remp. incumbas.* Hoc est *animi*, hoc est *ingenii* tui, hoc eius *spei*, quam habere debes amplificandae dignitatis tuae. XIII. 1. Haec *amore magis impulsus* scribenda ad te putaui, quam quod arbitrarer, *te monitis et praeceptis meis egere.* XIII. 3. Hoc tantum significandum putaui, vt potius *amorem tibi ostenderem meum, quam ostentarem prudentiam.* ibid. Sic moneo, *vt filium*, sic faueo, *vt mihi*, sic hortor, *vt* et pro patria et *amicissimum.* XIII. 5. Haec me tibi scribere *non prudentia mea* hortatur, *sed amor in te* et cupiditas otii, quod sine te consistere non

non potest. XV. 9. *Fac vt ad summa contendas; nihil est tantum, quod non populus Rom. a te perfici atque obtineri posse iudicet.* XVI. 1.

HOSTEM ESSE. *Vt hostes iudicemur, aut aqua et igni nobis interdicatur.* XII. 5.

HVMANVS. Qui nobis vt vir bonus *et suauis et officiosus* probabatur. III. 21. Existimabo, *te humanitate tua esse vsum.* IV. 18. *Vide, quanta in te sit suauitas.* VI. 20. *Nihil potest illo fieri humanius*, nihil nostri amantius. ib. *Obtinemus* ipsius Caesaris *summam erga nos humanitatem.* IX. 3. Si hunc adolescentem *humanitate tua*, quae est singularis, *comprehenderis.* X. 35. Est ita temperatis moderatisque moribus, *vt summa seueritas summa cum humanitate iungatur.* XII. 30.

HYPOCRITA. Solet enim (Pompeius) *aliud sentire et loqui.* III. 19. Sine eum errare, et putare, me virum bonum esse, nec *solere duos parietes de eadem fidelia dealbare.* XI. 28.

I.

IDONEVS. Etsi vnus ex omnibus *minime sum* ad te consolandum *accommodatus.* VII. 16. Nunc quum deum benignitate *ab omni re simus paratiores.* XIII. 14. Eum habui in ea ciuitate tum hospitem *vehementer ad*

meae vitae rationem et consuetudinem *accommodatum*. XVI. 34.

IGNAVVS. *Nihil de diligentia remittere debetis*. XV. 5. Ne tua *ignauia etiam inertiam afferat*. XVI. 12. vid. DILIGENS.

IGNOMINIOSVS. Si adolescens potens et nobilis a te *ignominia affectus esset*. V. 17. Boni viri et boni ciues *nulla ignominia notati*. IX. 16. Qui antea *pari contumelia* viros clarissimos *afficerant*. XV. 15.

IGNOSCERE. *Cognosce nunc humanitatem meam*, si humanitas appellanda est, *in acerbissima iniuria remisso animi ac dissolutio*. I. 3. Tu tuas *inimicitias vt Reip. donares, te vicisti*. I. 10. His intercessionibus plane incitatus est, *non* mehercule *erit deprecationi locus*. III. 12. *Des te ad lenitatem*. III. 21. Caesarem et res quotidie, et dies, et opinio hominum, et, vt mihi videtur, *etiam sua natura mitiorem facit*. IX. 8. Sed hoc ipsum intelligimus, *eum quotidie remissius et placatius ferre*. ibid. *Non magna signa dedit animi erga te mitigati*. X. 1. Vt *omnem offensionem* suspicionis --- *deponeres*. X. 12. Quando his Caesar *vitam sua liberalitate concesserit*. X. 34. *Non omnibus dormio*. XI. 19. Nouis commentariis Caesaris *delinitus est*. XII. 24. *Eandem clementiam experta esset* Africa, *quam cognouit* Asia. XVI. 32. vid. AEQVVS.

IMA-

IMAGINARE. Mihi ipse assentor fortasse, quum *ea esse in me fingo.* VI. 5.

IMBECILLIS. Nec mihi videmini intelligere, *qua nos pateamus, et qua simus imbecilli.* VII. 17.

IMPATIENS. vid. DOLERE.

IMPEDIRE. *Neque legis* improbissimae *poena deductus est*, quo minus hospitii et amicitiae ius officiumque praestaret. I. 6. *Nisi quid me* Etesiae *morabuntur.* VI. 13. *Si commodo* valetudinis tuae *fieri possit.* VI. 17. Tempestatibus *retenti.* VI. 23. *Me quotidie aliud ex alio impedit.* VIII. 13. Posteriora tempora me *a* scribendo *retardarunt.* VIII. 19. *Fregit hoc meum consilium* et Caesaris magnitudo animi, et senatus officium. IX. 11. *Impeditissimus ad* iter faciendum. XV. 5. *Disturbaui rem*, totamque vobis integram reseruaui. XV. 10. Si a Rhodiis non essem *interpellatus.* XV. 14. *Res* fortasse tota sublata esset; tamen *magna ex parte profligata est.* ibid.

IMPELLERE. Nisi te *extrusissemus.* II. 6. *Vehementer* etiam res ipsa publica *me mouit*, --- (id) *grauissime* autem *me in hanc mentem impulit.* II. 13. Quibus rebus *adductus.* ibid. Quum vero in hunc sensum et *alliciar beneficiis* hominum, et *compellar* iniuriis. ibid. Misericordia *adductus*, vt leuarem miseriis

perditas ciuitates. IV. 7. Id feci *adductus autoritate et consilio tuo.* V. 12. Ipsa dies *me admonebat.* V. 13. Vt vetus nostra simultas antea *stimulabat* me. VI. 9. Tuis *effectum* litteris, vt vterer vestro potissimum consilio. IX. 12. Victoriae *praemiis ducti.* X. 1. Volo ipsorum causa, *meque in eo vehementer* et amicitia *mouet*, et humanitas. X. 34. Hominem *perustum* etiamnum gloria volunt *incendere.* X. 35. *Rei magnitudo me mouebat.* XII. 6. Quarum (rerum) spe *ad* laudem *me vocasti*, harum fructu in reliquum *facias alacriorem.* XIII. 15. Me quum *elicere* vellet ad caedis causam. XIV. 5. Exercitum (praesentia sua) *facere meliorem.* XIV. 20. Fortuna *me ad* hanc experientiam *excitauit.* ibid. *Cuius id opera maxime excitatum sit.* XV. 7. Legionem Martiam *negant*, qui illam norunt, *vlla conditione ad te posse perduci.* XV. 8. Nec vero minus Lepidus *vrsit me.* XV. 19. Quem ego *ad bellum* commune *vocare non desino.* XVI. 4. Sermo familiaris meus tecum, et item mecum tuus, *adduxit* vtrumque nostrum *ad id consilium.* XVI. 32.

IMPENDERE bene, vel male. Quae ego *si non profundere ac perdere videbor*, omnibus meis viribus sustinebo. I. 4. Iam *apud ipsum*, gratissimum hominem atque optimum

mum virum, *quam bene positurus sis studium tuum atque officium*, dubitare te non existimo. IV. 14. Hoc in genere, si eum adiueris studio, quo ostendisti, *apud ipsum praeclarissime posueris*. IV. 18. Quando apud gratos homines *beneficium ponis*. V. 14. Confirmo te ea, quae eius causa feceris, *ita bene collocaturum*, vt ipse iudices homini te gratissimo, iucundissimo benigne fecisse. X. 16.

IMPERFECTVS. vid. PERFICERE, et NON.

IMPERITVS. Litterae tuae me erudiant de omni Rep., *ne hospes plane veniam*. VI. 4. Veni, si vir es, et disce iam προλεγομενα quae quaereris: etsi *sus Mineruam*. VIII. 17.

IMPERTERRITVS. Sed velim tibi persuadeas, quum te constet *excellere hoc genere virtutis, vt nunquam extimescas, nunquam perturbere*, me huic tuae virtuti proxime accedere. XV. 10. vid. MAGNANIMVS, CONSTANS, TERRERE, TIMERE et NON.

IMPOSSIBILE. Quod quidem si ita est, *minime miror, coelum etiam et terras vim suam*, si tibi ita conueniant, *dimittere*. XI. 30.

IMPVDENS. Qui semel *verecundiae fines transierit*, eum *bene et nauiter* oportet esse *impudentem*. I. 18. *Si Appii os haberem*. XI. 29. vid. PVDET et NON.

INCERTVS. *Omnino de omnibus rebus, nec quid*

quid consilii capiam, nec quid faciam, scio. VII. 24. Quumque omnium bellorum *exitus incerti sint.* X. 1. Quum *omnis* belli *Mars communis*, et quum *semper incerti exitus* praeliorum sint. X. 3. vid. INCONSTANS.

INCIPERE. Nam illum paratum, vt video, et *ingressum pleno gradu*, cohortari non intermittam. XII. 10.

INCONSTANS. Te *tam mobili in* me meosque esse *animo*, non sperabam. I. 2. Profecto vides, quanta vis in Rep. temporum sit, *quanta varietas rerum*, quam incerti exitus, *quam flexibiles* hominum voluntates. IV. 10. Existimas me tam inconstantem, vt collectam gratiam florentissimi hominis effunderem, *a meque ipse deficerem.* VII. 13. Haec omnia, quae habent speciem gloriae --- *breuia*, *fugacia*, *caduca* existima. XIII. 7. Ad hominem *ventosissimum* Lepidum mittas. XIV. 6. Scelus affinis tui Lepidi, *summamque leuitatem et inconstantiam cognosce.* XVI. 1.

INESSE. Quum *rem aliter institutam*, ac mihi placuisset, offendissem. VIII. 19.

INFELIX. Sed quando *subeunda fortuna est.* VI. 16. Eorum *fortunas* non debes velle *conturbare.* VII. 12. Tam improuidum (me putas esse) qui ab excitata fortuna, ad *inclinatam et prope iacentem* descisserem. VII. 13.

No-

Nostra factum est negligentia, vt *longe alia in fortuna esset*, *atque* eius pietas ac dignitas postulabat. VII. 28. *Hanc nonsolum aduersam, sed etiam funditus euersam fortunam*, fortiter ferre debemus. VIII. 8. Ipse enim *pari fortuna abiectus*, aliorum opibus casus meos sustentabam. IX. 3. Qui Remp. *cadere* posse, stante me, non putarunt. IX. 16. Perdita Rep. *non afflictiore conditione* (eris), quam ceteri. X. 1. Quod *maiore in varietate versata est adhuc tua causa*. X. 4. Et *fortuna*, quam vitare nemo potest, *magis, quam culpa calamitosos*. X. 34. Quoniam *in eam fortunam deuenimus*, vt huic rei nobis seruiendum sit, noli committere &c. XI. 2. Quod enim mihi poterat esse perfugium *spoliato et domesticis et forensibus ornamentis atque solatiis*. XI. 14. Grauissimum autem est, quum *superior* factus sit *ordine*, *inferiorem esse fortuna*. XI. 24. Nisi mihi *fortuna proprium consilium extorsisset*. XV. 17. vid. CALAMITAS, MISERVM ESSE.

INGENIOSVS. vid. EXCELLERE.

INGRATVS. Pro iis rebus *nullam mihi abs te relatam esse gratiam*, tu es optimus testis. I. 4.

INHVMANVS. Quibus nisi credideris, me *omnis officii et humanitatis expertem* iudicaris. XII. 12. Tuum iudicium nisi mea summa beneuolentia erga te, omnibusque meritis

ritis comprobato, *ipse me hominem non putabo.* XII. 16.

INIMICVM ESSE, FACERE, HABERE. Eo die *acerbum habuimus* Curionem. I. 14. Vt quos tu Reip. causa laeseras, *palam te oppugnarent.* II. 1. Qui a senatu et ordinem *coniunctissimum*, et hominem clarissimum *abalienauerunt.* II. 2. Vt tuum factum illis, qui quo animo inter nos simus, ignorant, *alieni hominis*, vt leuissime dicam, et fugientis congressum, meum vero *coniunctissimi et amicissimi* esse videatur. IV. 2. Ignari meae constantiae conabantur *alienare a te voluntatem meam.* ibid. Ostendi, *graues te susceperum inimicitias*, si &c. V. 17. Ego autem citius cum eo, *qui tuas inimicitias susceperisset*, veterem *coniunctionem diremissem*, quam nouam conciliassem. VI. 1. Ea stultitia certe non fuissem, vt aut in obscuro odio *apertas inimicitias*, aut in quo nihil nocerem, *summam ostenderem voluntatem nocendi.* ibid. *Ne qua me illius temporis inuidia attingeret.* ibid. Tanquam Caesarem *non impugnet.* VI. 6. Eum *non tam allicere volui, quam alienare nolui.* VI. 13. *Occultum bellum mihi indixit.* VI. 14. *Me causam inimicitiarum quaerere* clamitauit. ibid. Vt *collectam gratiam* florentissimi hominis *effunderem.* VII. 13. Neque Caesar --- est

alie-

alienus a nobis. IX. 5. *Vt vocemus te ad nullas inimicitias.* XII. 19. Seruilius, *Ioui ipsi iniquus.* XIII. 17. Omnibus inimicis Reip. *esse me acerrimum hostem, prae me fero.* XIII. 18. *Non me impedient priuatae offensiones,* quo minus pro Reip. salute, *etiam cum inimicissimis consentiam.* XIV. 4.

INIVRIA AFFICERE, INIVSTVM ESSE. Omnia sunt incerta, *quum a iure discessum* est, nec praestari quidquam potest, quale futurum sit, *quod positum est in alterius* voluntate, ne dicam *libidine.* VIII. 15. *Nulla me ipsum priuatim perculit insignis iniuria.* IX. 3. Etsi *nullam potest acciperc iniuriam* (res tua familiaris) quae futura perpetua sit. IX. 7. *Non potest haerere in* tam bona causa, et in tam bonis ciuibus, *tam acerba iniuria.* IX. 24. vid, LAEDERE.

INNOCENS. vid. CONSCIVS BENE. it. PECCARE.

INSIDIARI. Quum propter eorum scelus *nihil mihi intra meos parietes tutum, nihil insidiis vacuum* viderem. VIII. 1. Aut in acie cadendum fuit, aut *in aliquas insidias incidendum.* VIII. 20.

INSTRVCTVS. vid. IDONEVS.

INTELLIGERE. Sed mihi crede, *non perinde,* vt est reapse, *ex litteris perspicere* potuisti curam meam valetudinis tuae. IX. 18. Quanquam tu si attente leges, si saepius,

per

per te omnia consequere, vt certe intelligas. XII. 18.

INTEREST. *In eo mihi sunt omnia.* III. 23. Cupio enim te intelligere, *eam rem ad me valde pertinere.* III. 27. Nisi *tanta eius res ageretur.* V. 15. Quanquam *magni ad honorem nostrum interest.* VI. 17. vid. CONSISTERE.

INTERFICERE. Per fortunas tuas Cicero, per liberos te oro et obsecro, *ne quid grauius de salute et incolumitate tua consulas.* VII. 12. *In acie cadendum fuit.* VIII. 20. *Eos mihi belli casus eripuit.* X. 1. *Qui ei mortem afferret.* XI. 12. Vir clarissimus ab homine teterrimo *acerbissima morte affectus est.* ibid. *Quibus fortuna pepercisset.* XI. 28. *Qui mihi amicum eripuerunt.* XII. 13. *Caedis initium quaerit*, nullamque aliam ob causam *me autorem fuisse* Caesaris *interficiendi*, criminatur. XII. 24. *Tot ciuibus* pro patria *amissis.* XIV. 21.

INTERMITTERE. et NON. *Existimaui* tamen *esse faciendum*, vt ad te statores meos mitterem. VI. 3. *Facere non potui, quin tibi* et sententiam et voluntatem *declararem* meam. IX. 8. *Non existimaui me saluo iure nostrae veteris amicitiae*, multorumque inter nos officiorum, *facere posse, vt* honori tuo deessem. XI. 16. *Teneri non potui, quin* coniunctionem studiorum, amorisque nostri, quo

quo possem litterarum genere *declararem*. XI. 17. *Facere non possum, quin* in singulas res meritaque tua *tibi gratias agam*. XVI. 6.

INTERPRETARI. *Nullam artem litteris sine interprete*, et sine aliqua exercitatione *percipi posse*. Non longe abieris. Num ius ciuile vestrum ex libris cognosci potest? qui quanquam plurimi sunt, *doctorem tamen lumenque desiderant*. XII. 18. Pium meum consilium *raperent in contrariam partem* obtrectatores mei. XV. 6.

INVADERE. Si ex Syria egredi atque *irrumpere* in meam prouinciam conarentur, Armenium regem in Cappadociam *impetum esse facturum*. IV. 3.

INVENIRE. Nisi in Dalmatim aufugerit; *et inde tamen aliquando eruam*. XI. 15. *Non desistam, quin illum aliquando eruam*. XI. 29.

INVIDOS HABERE et FACERE. Quanquam *inest incredibilis hominum peruersitas*, grauiori enim verbo vti non libet, qui nos, quos fauendo in communi causa retinere potuerunt, *inuidendo abalienauerunt*. II. 1. *Magnam* enim *inuidiam iis faceremus*. XII. 5.

IOCARI. *Haec ego non rideo*, quamuis tu rideas. --- *Remoto ioco*, tibi haec amicissimo animo praecipio. III. 1 Me miserum qui non affuerim! *quos ego risus excitassem!* VI. 5. Haec aspersi, vt scires me tamen *in stomacho*

solere *ridere*. VII. 13. Sed *ridicula missa*, praesertim quum *nihil sit quod rideamus*. VIII. 13. Effugere autem si velim nonnullorum *acute ac facete dictorum* offensionem, fama ingenii mihi est abiicienda. Quod si possem, non recusarem. VIII. 15. *Superiora illa lusimus*. ib. *Salis* enim *satis est*, Sannionum parum. ibid. Accedunt *non Attici, sed salsiores*, quam illi Atticorum, *Romani veteres atque vrbani sales*. IX. 18. *In quo possim imaginem antiquae et vernaculae festiuitatis agnoscere*. ibid. Gemitum *in risus maximos transfero*. IX. 19. *Rideamus* γελωτα σαρδωνιον. Sed heus tu manum de tabula. Magister adest citius, quam putaramus. XI. 20. Nihil mihi tam deesse scito, quam *quicum haec familiariter docteque rideam*. XI. 22.

Irasci. Primorum mensium litteris tuis *vehementer commouebar*. II. 9. Quum ab eo *in me esset incensus*. II. 13. *Exarsi iracundia*. ibid. Etsi *grauiter* primo nuncio *commotus sum*. VI. 1. *Stomachosiores meas litteras* quas dicas esse, non intelligo. VI. 5. Id postquam resciit, *excanduit*. VI. 14. *Nunc furit*, tam gauisos homines suum dolorem. VI. 15. *Quum hic ardor extinctus esset*. IX. 15. Si enim *stomachabere et molestе feres*. X. 31. Te miramur, *non potuisse continere iracun-*

cundiam tuam, quin nobis de morte Caesaris obiiceres. *Illud quemadmodum ferendum sit, tute cogita.* XII. 19. *Auget* tuus amicus *furorem in dies.* XII. 26. Iucundissimis tuis litteris *stomachatus sum* in extremo. XV. 7. *Maxime indignari.* XV. 9. *Iracundias* autem *harum rerum recentes habebant.* XV. 18. *Ei te vehementer succensuisse* audiui, et moleste tuli. XVI. 26. vid. IRRITARE.

IRRITARE. Non illi quidem *vt mihi stomachum facerent*, quem ego funditus perdidi. II. 13. Darent mihi ipsi alium Publium, in quo possem eorum animos *mediocriter lacessitus* leuiter repungere. ibid. Sic igitur facies, meque amabis, et *scripto aliquo lacesses.* Ego enim *respondere facilius possum, quam prouocare.* XVI. 12. vid. OFFENDERE.

IVBERE. Quum enim *vestra autoritas intercessisset*, vt ego regem tuerer. IV. 1. Vt *nutu*, quod velis, *consequare.* IV. 20.

IVDICARE. *Amorique nostro plusculum etiam*, quam concedit veritas, *largiare.* I. 18. Qui omnia voluptate sua *metiuntur.* III. 2. *Quum tuo iudicio*, quod *amplissimum* esse arbitraris, *mihi tribueris.* VI. 10. Quid ille sperare possit, aut tu, *animum aduerte pro tua prudentia.* VII. 18. Vt primum *per aetatem iudicium facere* potuisti. VIII. 5. Eo ipso die, quo *de* P. Sestio *in consilium iri* necesse

erat. XI. 19. Amori --- *plurimum tribuere.* XI. 21. *Grauissimum* vero *iudicium* de mea fide et de constantia *feciſti.* XII. 16. Vt *omnia referas ad* dignitatem, qua nihil potest esse praestantius. XII. 34. Fidelitatis, *quam ego ex mea conscientia metior.* XIII. 4. Ex quibus cepi fructum duplicem, mihique *in comparatione difficilem ad iudicandum.* XIII. 5. Malo tuum iudicium, quam ex altera parte omnium istorum. Tu enim *a certo sensu et vero iudicas* de nobis, quod isti ne faciant, *summa maleuolentia et liuore impediuntur.* XIV. 7.

IVDICIOSVS. Ipse Caesar *habet peracre iudicium, et vt Seruius frater tuus*, quem litteratissimum fuisse iudico, *facile diceret*: Hic versus Plauti non est, hic est; quod *tritas habet aures notandis generibus poetarum*, et consuetudine legendi; sic audio Caesarem, quum volumina iam confecerit αποφθεγματων, *si quid afferatur ad eum pro meo, quod meum non sit, reiicere solere.* VIII. 15. *Opus est hic limatulo et politulo tuo iudicio*, et illis *interioribus* litteris meis, quibus saepe verecundiorem me in loquendo facis. VIII. 16. Hoc si verbis assequutus es, *aures ad te afferam non minus elegantes.* VIII. 18. *Facile cedo* tuorum scriptorum *subtilitati et elegantiae.* IX. 11. Mihi quidem sic persuadeo, me

me, *quicquid habuerim iudicii* de dicendo, *in illum librum* (de Oratore) *contuliſſe*. --- Non recuſo, quin *quantum de illo libro, tantundem de mei iudicii fama, detrahatur*. X. 28. *Alter Ariſtarchus* hos (verſiculos) οβελιζει. X. 33. Vrge igitur, *nec transuerſum vnguem*, quod aiunt, *a ſtylo*. XI. 20. Quae te delectarint, *hominem*, vt ego ſemper iudicaui, *in omni iudicio elegantiſſimum*. XVI. 10.

IVRARE. Quomodo autem tibi placebit *Iouem lapidem iurare?* III. 2. Vt *ſacramento contendas* mea non eſſe. IV. 11.

IVVARE. Ego putaui eſſe viri boni, quum populis ſuum ſeruaret, *conſulere fortunis* tot vel amicorum, vel ciuium. VII. 2. Eamque rem poſſe *nobis adiumento eſſe*. VII. 4. *Nullo loco deero*, neque ad conſolandum, neque *ad leuandum fortunam* tuam. VIII. 19. Si *omnibus tuis opibus, omni ſtudio* Lamiam in petitione *iuueris*. XII. 23. *Magnis ſubſidiis fulta eſt Reſp.* XIII. 8. *Vtor in hac re adiutoribus* interpretibusque. XIV. 4. *Qui prodeſſe nihil poſſunt, neque mederi*. XV. 6. Res enim cogit *huic tanto incendio ſuccurrere omnes*. ibid. Neque noſtro --- *periculo mederi*, quum facile poſſent, voluerunt. XV. 15. Hoc eius *officium, quod adhibet erga illos*, ego *mea facultate et gratia ſoleo*, quantum poſſum, *adiuuare*. XVI. 14. Si *eum quibus-*

cunque rebus honeste, ac sine molestia tua, *poteris*, *adiuueris*. XVI. 34.

L.

LACERARE. Epistolam tuam *conscidi* innocentem. III. 5.

LACRYMARE. Quum aut scribo ad vos, aut vestras lego, *conficior lacrymis sic vt ferre non possim*. I. 6. Te nunc, mea Terentia, sic vexari, sic *iacere in lacrymis et sordibus!* I. 7. Non queo reliqua scribere, *tanta vis lacrymarum est*, *ne te in eundem fletum adducam*. I. 8. Accepi ab Aristocrito tres epistolas, quas ego *lacrymis prope deleui*. I. 9. (Terentiam meam) ego videre videor, itaque *debilitor lacrymis*. ibid. Quae si videres, *lacrymas non teneres*. XII. 1.

LAEDERE. Existimaram ---- neque me absentem *ludibrio laesum iri*, nec Metellum ob dictum, *capite ac fortunis per te oppugnatum iri*. I. 2. *Hac accepta tam insigni iniuria*. I. 3. A te peto, vt tu quoque aequum te iudicem dolori meo praebeas, *si acerbe*, *si crudeliter*, *si sine causa* sum a tuis *oppugnatus*. ibid. Nullam potest *accipere iniuriam*. IX. 7. Nisi quid existimas in ea re *violari existimationem tuam*. XVI. 26.

LAETARI, vid. GAVDERE.

LAVDARE. Sic scito, ea quae nos pro salute

lute patriae gessimus, *orbis terrae iudicio ac testimonio comprobari.* I 1. Ego dolori tuo nonsolum ignosco, sed *summam etiam laudem tribuo.* I. 3. Quum hoc demonstrem, *me a te* potissimum *ornari celebrarique velle.* I. 18 Neque enim ego sum ita demens, vt me *sempiternae gloriae per eum commendari velim*, qui non ipse quoque in me commendando *propriam ingenii gloriam consequatur.* ibid. Vt mihi non solum *praeconium*, quod quum in Sigaeum venisset Alexander, ab Homero Achilli *tributum* esse dixit; sed etiam *graue testimonium impertitum*, clari hominis magnique videatur. Placet enim Hector ille Naeuianus, qui non tantum *laudari se laetatur*, sed addit etiam *a laudato viro.* ibid. Praecones ludorum gymnicorum --- alium *praeconem adhibent*, ne sua voce ipsi se victores esse praedicent. ibid. Nos quidem longinqui, et a te ipso missi in vltimas gentes, *ad coelum* mehercule *te tollimus verissimis ac iustissimis laudibus.* III. 30. Vt honoris mei causa Hisponem *hac laude affici velis.* IV. 20. (Existimaturus sum) *summam mihi laudem tributam*, si tu *honorem meum sententia tua comprobaris.* V. 1. Tu es enim is, *qui me tuis sententiis saepissime ornasti, qui oratione, qui praedicatione, qui summis laudibus*, in senatu, in concionibus,

ad coelum extuliſti. V. 1. Quòd te de prouincia decedentem *ſumma laus et ſumma gratia* prouinciae *proſequuta eſt.* V. 8. *Laetus ſum laudari me*, inquit Hector, opinor apud Naeuium, *abs te laudato viro.* Ea eſt enim profecto *iucunda laus*, *quae ab iis proficiſcitur*, *qui ipſi in laude vixerunt.* VI. 10. *Quem ego currum, aut quam lauream cum tua laudatione conferrem?* ibid. *Qui ornauit res noſtras diuinis laudibus.* VI. 13. *Hoc noſtra laus erit illuſtrior*, quod illi tribuebatur ignauiae. VII. 13. Deinde ingenium eius *melioribus extuli laudibus*, quam tu id vere potuiſſe fieri putas. VII. 36. *Tuae laudi*, cuius ego fautor ſum, *conducere* arbitror. ib. *Eodem fonte ſe hauſturum* intelligit *laudes ſuas*, e quo ſit leuiter aſperſus. IX. 16. *Impeditum* ſcripturae genus eſt *ſe ipſum laudare*, *ne vitium arrogantiae ſubſequatur.* Solum vero liberum, alterum laudare, *de quo quicquid detrahas*, *neceſſe eſt aut infirmitati*, *aut inuidiae aſſignetur.* IX. 23. Tamen *hac inani* prudentiae *laude delector.* X. 3. Oratorem meum *tantopere a te probari*, vehementer gaudeo. X. 23. Ignoſces mihi, *de me ipſo aliquid praedicanti.* XI. 4. Quum *te ſummis laudibus ad coelum extulerunt*, mihi continuo maximas gratias agunt. XII. 9. *Florere laudibus.* ibid. *Libentius omnes meas -- laudes*

ad

ad te transfuderim, quam aliquam partem exhauserim ex tuis. ibid. Modo facti vestri *gloriam cum mea laude communicet*. XII. 24. Vt ea geras, *quae ab omnibus summa cum admiratione laudentur*. XII. 32. Si meis litteris obtemperasses, *maximam ab omnibus laudem adeptus esses*. XII. 34. Brutus quidem noster *egregiam laudem est consequutus*. XIII. 8. Quae ita feci, vt optimus quisque *maxime probarit*. XIII. 12. Nec te magis in culpa defensorem mihi paraui, quam *praedicatorem meritorum meorum esse volui*. XIII. 15. Quum alii *occupare possessionem laudis* viderentur. ibid. Vt quisque *de te honorificentissimam sententiam dixisset*. XIV. 22. Praepropera festinatio *te abducet a tantis laudibus*, quibus *te omnes in coelum iure et vere ferunt*. XV. 7. *Neque* enim *omnium iudicio malim a te commendari*, *quam* ipse *tuo iudicio digne*, ac mereor, *commendatus esse*. XIV. 3.

LAVDANDI FORMVLAE. *Nihil magnificentius*, *nihil praeclarius* actum vnquam, *nihil* Reip. *salutarius*: atque haec vna vox omnium est. XII. 9. *Nihil est* enim, mihi crede, virtute *formosius*, *nihil pulchrius*, *nihil amabilius*. ibid. *Nihil* adolescente tuo, atque adeo nostro --- *aut amabilius* omnibus iis, qui Athenis sunt, est, *aut studiosius* earum

artium, quas maxime amas, hoc est optimarum. XII. 10. *Nihil* videris *melius*, neque *laudabilius*, neque *honestius* facere posse, *istamque operam tuam*, *nauitatem*, *animum in* Remp. celeritati praeturae *anteponendam censeo*. XIV. 19.

ad LECTVM IRE. Priusquam *me dormitum conferam*. IX. 19.

LEGERE DILIGENTER. Κυρε παιδιαν, quam *contriueram legendo*, totam in hoc imperio explicaui. VI. 2.

LEGES FACERE. *Nouis legibus ita distinemur*, vt quotidie vota faciamus, ne intercaletur. III. 15.

LENIS. Cognosce nunc humanitatem meam, si humanitas appellanda est *in acerbissima iniuria remissio animi ac dissolutio*. I. 3. L. Caesar optime sentit, sed --- *non acerrimas dicit sententias*. vid. IGNOSCERE.

LIBERALIS, et NON. *Liberalitas tua*, vt hominis nobilissimi, *latius* in prouincia *patuit*, nostra *si angustior*, et si *de tua prolixa beneficaque natura limauit aliquid posterior annus*, propter quandam tristitiam temporum, non debent mirari homines; quum et *natura semper ad largiendum* ex alieno fuerim *restrictior*, et temporibus, quibus alii mouentur, iisdem ego mouear, *me esse acerbum sibi*, *vt sim dulcis mihi*. IV. 7. *Res fa-*

familiaris C. Capitonis *praesto fuit et patuit* et temporibus et fortunae meae. VIII. 5. Noli dubitare -- quin *te subleuaturus sim, si modo fortuna me.* XII. 36. Gratius nihil futurum, quam *si ea tua liberalitas pertinuisset ad rem familiarem meam.* XIII. 19. Qui *plurimis* in ista prouincia *benigne feceris.* XVI. 34.

Liberare. Maxima calamitate *leuati.* VII. 2. *Quam* quidem (*acerbitatem*) *ego a Rep. meis* priuatis et domesticis *incommodis, libentissime redemissem.* VII. 13. *Vt nulla ratione se ab illa miseria eripere posset.* X. 34. Syllani *temporis acerbitatem* deorum immortalium benignitate *subterfugerunt.* XI. 23. *A quibus initium libertatis profectum est.* XII. 9. Illud *malum vrbanum ita compressum est,* vt mihi videamur *omne iam ad tempus ab illo duntaxat sordidissimo periculo tuti futuri.* XII. 15. Vt tantummodo odium illud hominis impuri et *seruitutis dolor depulsus esse videatur*; Resp. *iacet in perturbationibus*, in quas eam ille coniecit. ibid. Quare me eum existima esse, --- qui et me et Remp. *vindicare in libertatem* paratus sim. XIII. 12. Vniuersam *Remp. recuperare.* XIII. 20. *Rep. nondum omnino explicata.* XIV. 5. Tua toga omnium armis felicior; quae nunc quoque nobis pene victam *Remp. ex manibus*

bus hostium eripuit ac reddidit. XVI. 3. Volo vos bene sperare et remp. vt vos istic *expediistis*, ita pro nostra parte *celeriter nobis expediri posse*, confidere. ibid.

LIBEROS GENERARE. Quum beatissimi sint, *qui liberos non susceperunt*, minus autem miseri, qui his temporibus amiserunt. VII. 26. *Liberis dare operam* quam honeste dicitur. XVI. 30.

LIBERTATIS ABVSVS. Omnino est hoc populi, maximeque nostri, *in eo potissimum abuti libertate, per quem eam consequutus sit.* XV. 4.

LIBIDINOSVS. vid. VOLVPTARIVS.

LIBROS SCRIBERE. Consolationes quae sunt a sapientissimis viris vsurpatae, *memoriaeque et litteris proditae.* VII. 36. *Non tam interest, quo animo scribatur, quam quo accipiatur.* IX. 23. Quemadmodum scalarum gradus, si alios tollas, alios incidas, nonnullos male haerentes relinquas, ruinae periculum struas, non ascensum pares; *sic tot malis tum victum, tum fractum studium scribendi, quid dignum auribus, aut probabile potest afferre?* ibid. An pangis aliquid Sophocleum? *fac opus appareat.* XI. 20. (Eruditus animus) *semper aliquid ex se promit, quod delectet, se ipsum laudibus illustret.* XI. 13.

LITIGARE. Haec quoque *magna nunc contentio forum tenet.* IV. 5.

LITTERAE. vide EPISTOLA. &c.

LOQVI. Si Pompeium, vt volebas, offendisti, qui tibi visus sit, et *quam orationem habuerit tecum.* III. 19. *In* disputando *coniecit istam vocem* Cn. Pompeius. III. 27. *Incidunt* autem *in sermone vario multa,* quae fortasse -- nec illiterata, nec insulsa esse videantur. VIII. 15. (Eruditus animus) *semper aliquid ex se promit, quod alios delectet, et ipsum laudibus illustret.* XI. 13. *Lenissimis et amantissimis verbis vtens.* XI. 14. Quum mihi *in sermone iniecisset.* XII. 10. Habeo multa occultiora, *quae vix verbis exsequi possum.* XII. 12. L. Caesar optime sentit, sed -- *non acerrimas dicit sententias.* XIII. 7. *Optimae mentis cogitata* iam pridem, maturo tempore *enunciare.* XIII. 14. Causam tanti amoris intelligis; quae *si verba desideret, iis me omnibus vsum putato.* XIII. 19. Quae *cum* Chilone nostro *communicaui.* XVI. 35.

LOQVI LIBERE. *In summa reliquorum seruitute, liber vnus fui.* XIV. 5. *Si frenum momorderis, peream, si te omnes,* quotquot sunt, *conantem loqui ferre poterunt.* XV. 11.

LVGERE. Nulla vnquam fuit tam imbecillo mulier animo, quae non aliquando *lugen-*

lugendi modum fecerit. VII. 26. Scio, te semper *mecum in luctu fuisse*, quum videremus &c. VIII. 14. vid. DOLERE.

M.

MAGISTRATVM GERERE EOVE PRIVARI. Illud dico, me, vt primum in concione *prouinciam deposuerim*, statim quemadmodum *eam tibi traderem*, cogitare coepisse. I. 3. Atque hanc quidem ille causam sibi ait *non attingendae Reip.* fuisse. II. 13. *Capesseremne Remp.* ibid. *Gesti maxima imperia.* V. 7. Caesari persuasum est, se saluum esse non posse *si ab exercitu recesserit.* VI. 15. Ab iis ipsis, quibus *tenetur Resp.* IX. 3. Fratre tuo *consulatum* ex autoritate tua *gerente.* IX. 12. Quum recordarer, te et a primis temporibus aetatis in Rep. esse versatum, et *tuos magistratus* in ipsa discrimina *incidisse* salutis fortunarumque omnium. IX. 14. *Sedebamus in puppi, clauumque tenebamus*, nunc autem vix est in sentina locus. IX. 18. Is enim *magistratus*, -- nec alius vllus *creari solet.* IX. 26. *Rep.* a Dolabella meo *praeclarissime gesta.* XII. 15. Si Resp. ad tuum tempus perducitur, *facilis gubernatio est.* XII. 20. Ipsi mecum vna fortissimo animo *Remp. administrant.* XIII. 11. Facile mihi videor posse -- *Remp. ex vestra*

sen-

sententia administrare. XIV. 4. Qui summa cum tua iniuria contumeliaque Reip. *prouinciam* absens *obtinebat.* XIV. 5. Quamobrem, mi Quinte, *conscende nobiscum, et quidem ad puppim.* Vna nauis est iam bonorum omnium, quam quidem, nos damus operam, vt *rectam teneamus, vtinam prospero cursu,* sed quicunque venti erunt, *ars nostra certe non aberit.* ibid. Quo minus *Resp.* a me *commode administrari* possit. XIV. 7. *Adipiscendi magistratus* leuissimi et diuulgatissimi *praepropera festinatio* &c. XV. 7. *Qui magistratum gerunt; --- qui sunt in magistratu.* XV. 14. Puto, Pansam et Hircium --- Romae *acturos consulatum,* ibid. *Maximos magistratus gerentes.* XV. 15.

Magnanimvs. Tuae sapientiae magnitudinisque animi est, *omnem amplitudinem et dignitatem tuam in virtute,* atque in rebus gestis tuis, *atque in tua grauitate positam existimare;* si quid ex iis rebus, quas tibi fortuna elargita est, nonnullorum hominum perfidia detraxerit, id maiori illis fraudi quam tibi futurum. I. 15. Praesta te eum, qui mihi a teneris, vt Graeci dicunt, vnguiculis es cognitus. *Illustrabit,* mihi crede, *tuam amplitudinem hominum iniuria.* I. 17. *Magnitudinem animi tui,* quam ego semper sum admiratus, semperque amaui, *ne vn-*

quam

quam inflectas cuiusquam iniuria. II. 1. Te magnopere non hortor solum, sed etiam pro amore nostro, rogo atque oro, *te colligas, virumque praebeas.* III. 13. *Plus tibi virtus tua dedit, quam fortuna abstulit.* ibid. Vt meus aduentus -- *firmiores animos hominum faceret.* IV. 1. Vir cum beneuolentia et fide erga populum Rom. singulari, tum *praesenti magnitudine et animi et consilii.* V. 1. Ad summam, *animo forti sitis.* VII. 3. Cohortarer vos, *quo animo fortiore essetis, nisi vos fortiores cognoscerem, quam quenquam virum.* VII. 16. Eum semper te et priuatis rebus et publicis praestitisti, *tuenda tibi vt sit grauitas, et constantiae seruiendum.* VII. 26. Sed vt illa secunda *moderate tulimus,* sic hanc nonsolum aduersam, sed etiam *funditus euersam fortunam fortiter ferre debemus.* VIII. 8. Attii similitudinem, non modo iam ad inuidiam, sed ad *fortunam* transferam, *quam existimo leuem et imbecillam ab animo firmo et graui;* tanquam fluctum a saxo, *frangi oportere.* VIII. 15. Rogarem, *vt et hominem te, et virum esse meminisses,* id est, vt et *communem incertumque casum,* quem neque vitare quisquam nostrum, neque praestare vllo pacto potest, *sapienter ferres, et dolori fortiter ac fortunae resistéres.* VIII. 19. Obsecro, *animo vt maximo sis,*

nec

nec ea solum memineris, quae ab aliis magnis viris accepisti, sed illa etiam, quae ipse ingenio studioque peperisti. Quae si colliges, et *sperabis omnia optime, et quae accident, qualiacunque erunt, sapienter feres.* IX. 3. *Fortem fac animum habeas et magnum, quod est in vno te.* Quae sunt in fortuna, temporibus regentur, et consiliis nostris prouidebuntur. IX. 4. Quaecunque acciderent, *fortissimo et maximo animo ferre* deberes. IX. 8. *Magnum animum* mihi semper *ostendisti, et ad omnes casus ferendos constantem atque paratum.* IX. 14. Tu cura, vt *cum firmitudine te animi, tum etiam spe optima sustentes.* IX. 16. *Fac animo magno fortique sis*, et si turbidissima *sapienter ferebas*, tranquilliora *laete feras.* IX. 20. Perditis rebus omnibus, tamen *ipsa virtus se sustentare posse videtur.* X. 1. *Exercitatus animus callere tam debet.* XI. 2. Vidimus aliquoties, secundam pulcherrime te ferre fortunam — fac aliquando intelligamus, *aduersam quoque te aeque ferre posse*, ne ex omnibus virtutibus haec vna tibi videatur deesse. ibid. *Quum frangerem iam ipse me*, cogeremque *illa ferre toleranter*, habebam quo confugerem, vbi conquiescerem. XI. 3. Quod te *praeclare res humanas contemnentem, et optime contra fortunam paratum armatumque* cognoui. XI. 4.

Quam quidem laudem sapientiae statuo esse maximam, *non aliunde pendere, nec extrinsecus aut bene, aut male viuendi, suspensas habere rationes.* XI. 4. *Firmitudinem grauitatemque animi tui* perspexi. ib. *Neque* enim *decet*, aut conuenit nobis, *periculo vlli submittere animum nostrum.* XII. 19. Quod si nihil profecero, nihilo minus *maximo sum animo*, et maiore fortasse cum mea gloria vobis satisfaciam. XIV. 4. *Tu fac vt animo magno sis et excelso*, cogitesque omnem dignitatem tuam Reip. coniunctam esse debere. XIV. 5. *Magnum animum habere debebas*, quem et semper habuisti, et *nunc*, fortuna adiuuante, *augere potes.* XV. 11. *Tua virtute et magnitudine animi nihil est nobilius.* XVI. 5. Nunc nihil timeo, et *ad omnem euentum paratus sum.* XVI. 36. vid. CONSTANS.

Ad MAGNITVDINEM ANIMI HORTANDI FORMVLAE vid. MAGNANIMVS.

MALITIOSVS. Tamen *a malitia non discedis.* VIII. 18.

MANERE. Modo vt haec nobis loca *tenere* liceat, *bellissime* vel *mecum*, vel in nostris praediis *esse* poteritis. VII. 3. *Neque me* tamen *vlla res alia* Romae *tenet.* VIII. 8. vid. MORARI.

MANIFESTARE, MANIFESTVS. Dixit ad se *in-*

dicia

dicia manifestarum *insidiarum esse delata.* IV. 1. Se tamen -- eam rem *nunquam in medium*, propter periculi metum, *protulisse.* ibid.

MARCHIREN. Vt quam primum *exercitum ad* Ciliciae fines *adducerem.* IV. 1. Ex eo loco *castra moui*, et *iter* in Ciliciam *facere instituí.* ibid. Quum *exercitum in* Ciliciam *ducerem.* IV. 4. Locorum quibusdam angustiis, et natura montium fretus, ad Amanum *exercitum adduxi*, satis probe ornatum auxiliis. IV. 7. *Coacto in vnum locum exercitu.* V. 1. Si me in Ciliciam *demisissem.* ibid. *Quam potui maximis itineribus ad* Amanum *exercitum duxi.* ibid. Quo ille, nescio quis, Caecilius Bassus *erumperet.* XI. 22. Ipse *maximis itineribus*, cum quatuor legionibus *subsequar.* XIV. 12. *Copias prope in aspectum* Lepidi *adduxi* (tot) passuum spatio relicto, consedi, eo consilio, vt vel *celeriter accedere*, vel *salutariter recipere me possem* XV. 18.

MEDICVS. (Noli) imitari malos medicos, *qui in alienis morbis profitentur se tenere medicinae scientiam*, ipsi se curare non possunt. XI. 2.

MEMINISSE. *Tenebam memoria.* II. 13. Euentis aliorum *memoria repetendis*, nihil accidisse nobis noui, cogitemus. VII. 26.

Quare mihi crede, et *memoriae manda*, me tibi id affirmasse. IX. 8. Velim ita statutum habeas, *me tui memoriam* summa cum beneuolentia *tenere*. X. 4. Quae in praesentia *mihi in mentem venerunt*. XI. 2. Vt, quid ad te scriberem, *non occurreret*. XV. 13.

METAPHORA. Fideliter -- Cui verbo *domicilium est proprium* in officio, *migrationes in alienum* multae. XI. 6. Sit, quomodo Theophrasto placet, *verecunda translatio*. ibid.

METVERE. vid. TIMERE.

METVM ADIMERE. Volo enim *abstergere animi tui metum*. VIII. 15. *Omni te*, Vir optime mihique carissime Brute, *de me metu libero*. XV. 11.

MILITES CONSCRIBERE. Censebant omnes fere, vt in Italia *supplementum* meis et Bibuli legionibus *scriberetur*. III. 18. Quum ei permisissetis *delectum habere*. IV. 4. Et euocatorum *firmam manum*, et equitatum *satis idoneum*, et populorum liberorum, regumque sociorum *auxilia voluntaria comparauissem*. V. 1. Exercitu nouo et *copiis comparatis*. XII. 32. Nisi ille veteranos *celeriter conscripsisset*. XIII. 7. Tantas *copias*, quantas hae gentes *ad defendendam salutem libertatemque*, *conficere possunt*. XIII. 14. Ergastula soluendo, *omneque genus hominum arri-*

arripiendo, satis magnum numerum videtur effeciſſe. XIV. 7. Si non ſolum *exercitum* ad Remp. libertatemque defendendam *comparaui*, ſed etiam crudeliſſimis tyrannis eripui. XIV. 9. Non modo *nationes*, ſed etiam ſeruitia *concitaturus.* XV. 6.

MINARI. Caeſar *minaces* ad Senatum *et acerbas* litteras miſerat. VII. 1. Caeſar *nihil niſi atrox et ſaeuum cogitat, atque etiam loquitur.* VII. 12.

MINVERE. Citiusque amore tui fratrem tuum odiſſe deſinam, *quam* illius odio *quidquam de* noſtra beneuolentia *detrahatur.* I. 3. Ne iis, qui me rogarent, *aliquid de noſtra coniunctione imminutum eſſe*, oſtenderem. I. 4. Affinitas noua curam mihi affert cauendi, *ne quid de* ſummo meo erga te amore *detractum eſſe videatur.* VI. 9. *Additum potius aliquid ad* meum erga te ſtudium, cui nihil videbatur addi poſſe, *quam quidquam eſſet detractum.* VI. 12. Nec *frangam* dignitatem meam. VIII. 15. *De* imperio praeterea *tanta diminutio facta eſt.* XI. 2. Putabam, poſſe me nec *de laude* ieiuni hominis *delibare quidquam.* XIV. 21.

MIRARI. *Quae popularem admirationem habuerunt*, delectationem tibi nullam attuliſſent. II. 3. *Suſtulimus manus* et ego et Balbus, tanta fuit opportunitas! II. 5.

MISERERI. In quo ego *misericordia commotus* dedi operam. VI. 7. Multos miseriis leuauit, et *se* in his malis *hominem praebuit*. X. 30. *Nisi me huius fortuna ita moueret, vt hominis* omnibus mecum studiis officiisque *coniunctissimi, mouere debeat*. XVI. 33.

MISERVM ESSE. *O me perditum! o me afflictum!* I. 6. Ita sunt *omnia debilitata etiam prope exstincta*. III. 10. Homines nos esse meminerimus, *ea lege natos, vt omnibus fortunae telis proposita sit vita nostra*. VII. 26. *Extremum malorum omnium esse* ciuilis belli victoriam. VIII. 14.

MODERATVS. Est autem *ita temperatis moderatisque moribus*. XII. 30. Quod ipse, quoad ego nosse potui, *moderatissimi atque humanissimi fuit sensus*. XVI. 6. v. MODVM SERVARE.

MODESTVS. *Modestus eius vultus*, sermoque constans *habere quiddam a Curibus videbatur*. XII. 11. Perspexeram, *te magis iudicio bonorum, quam insignibus gloriae delectari*. XV. 2.

MODVM SERVARE. Sed *habet ista ratio*, vt mihi quidem videtur, *quendam modum*. IX. 7. Nec victoris vitio, *quo nihil moderatius*. IX. 11. *Modice hoc faciam, aut etiam intra modum*, vt et illius voluntati, et meis studiis seruiam. ib. *Est* earum (litterarum) etiam

etiam *non satietas, sed quidam modus.* IX. 19. Habeo, inquit (Aristippus ille Socraticus) Laida, *non habeor* a Laide. ibid.

Molestvs. Neque tamen ignoro, quam impudenter faciam, qui primum *tibi tantum oneris imponam.* I. 18. Nulla *perfuncti* propria *molestia.* ibid. Apparatus enim spectatio *tollebat omnem hilaritatem.* II. 23. Caesar per litteras, *maxima se molestia ex* illa contentione *affectum* ostendebat. II. 13. *Moleste ferebam* antea, te inuitum istic esse, *pungit me rursus*, quod scribis. III. 4. *Ne molestiam tibi* cum impensa mea *exhibeam.* III. 19. *Leuari me* putabam *molestia.* IV. 2. A quibus se putat *diuturnioribus esse molestiis conflictatum.* IX. 8. Contra, nobis non tu quidem *vacuus molestiis*, sed prae nobis beatus. IX. 11. Vt eius modestiam cognoui, *grauis tibi nulla in re erit.* IX. 30. *Non committo, vt* ambitione mea *conturbem officium tuum.* XI. 24. Nondum satis constitui, *molestiaene plus, aut voluptatis, attulerit mihi* Trebatius noster. XII. 12. *Quo nec mihi grauius quidquam potest esse*, nec a te alienius. ibid. Noli impudens esse, nec *mihi molestiam exhibere.* XIV. 15. *Magnam ei molestiam afferebat.* XIV. 18.

Monendi form. vid. Hortandi form.

Morari. *Morae quaedam inciderunt.* III.

27. *Ne quid mihi temporis ad* meum annuum munus *accedat.* III. 33. *Ne quid temporis mihi prorogetur.* IV. 8. Septimum iam diem Corcyrae *tenebamur.* VI. 21. Nos Corcyrae non *sederemus.* VI. 22. *Omnem cunctationem eius discussissem.* XV. 6. Nam neque quo refugiat, habet, *neque diutius ibi potest tantum exercitum sustinere.* XV. 14. vid. DIFFERRE.

MORBVS. vid. AEGROTARE.

MORI. Peccatum est nullum, nisi quod non *vna animam cum ornamentis amisimus.* I. 6. Vt te ante videret, quam *e vita discederet.* III. 7. Qui mihi non a diis immortalibus *ereptus ex his miseriis, atque ex iniquissima conditione vitae* videretur. VII. 26. *Quos mors eripuit nobis.* IX. 3. Etiam *si eppetenda mors esset*, domi atque in patria mallem, quam in externis atque alienis locis. IX. 7. *Mori* autem *nemo sapiens miserum duxit*, ne beato quidem. X. 2. Si iam *vocer ad exitum vitae*, non ab ea Rep. auellar, qua carendum esse doleam. X. 3. Adiuuat etiam aetas et acta iam vita, quae --- *cursu suo bene confecto* delectatur. ibid. Tum vetat in eo vim timere, *quo nos iam natura ipsa perduxerit.* ibid. Hisce temporibus non pessime cum iis esse actum, quibus sine dolore licitum est *mortem cum vita com-*

mu-

mutare. XI. 2. *In vnius* mulierculae *animula si iactura facta sit*, tantopere commoueris? Quae si hoc tempore *suum diem non obiisset*, paucis post annis tamen ei moriendum fuit. ibid. Quum Resp. occideret, *vita excessisse.* ibid. Vir clarissimus ab homine teterrimo *acerbissima morte affectus est.* XI. 12. *Nunquam* enim *honestam mortem fugiendam*; saepe etiam appetendam putaui. XII. 13. Homines in consulatu Reip. salutares, *alieno sane tempore amisimus.* XIV. 5. Quod *acerbissimo interitu* consulum *Remp. nudatam* --- existimabam. XIV. 13. Praesertim quum *omnium rerum mors* sit *extremum.* XVI. 36.

MVLTARE. et NON. Vt *multa tam grauis* Valerianis praedibus, ipsique T. Mario *depelleretur*, a me inita ratio est. VII. 2. vid. PVNIRE.

MVLTVS. *Vim maximam* ranunculorum se *commouisse* constabat. III. 5. *Quorum est magna*, pro tuis maximis clarissimisque virtutibus, *multitudo.* IX. 7. Si libertatem sequimur, *qui locus a* dominatu *vacat?* IX. 9. Amoris quidem tui, *quoquo me verto, vestigia.* XI 19. *Est numerus* veteranorum et armatorum *satis frequens cum* Ventidio. XIV. 7. Ita vniuersus exercitus *numero amplissimus* est, firmitate exiguus. XVI. 6.

MVNVS LEVE. Sed ego hospiti veteri et amico *munusculum* mittere volui *leuidense*, crasso filo. XI. 30.

MVTARE. *Commutata tota ratio est* senatus, iudiciorum, rei totius publicae. II. 2. *Nunc alia ratio est omnium rerum.* XIII. 3. Senatum iam languentem et defessum *ad pristinam virtutem consuetudinemque reuocaui.* XIII. 7. Nisi *ad superiorem consuetudinem tuam*, quum fauonius flaret, *reuertisses.* XIII. 9. *Nunc hic dies aliam vitam, alios mores postulat*, vt ait Terentius. XIV. 5.

N.

NARRARE. Et litteris multorum, et *sermone omnium perfertur ad me.* I. 8. Quae gerantur, *accipies ex* Pollione. I. 17. Quae ad nos *nec obscuro, nec vario sermone, sed et clarissima, et vna omnium voce perfertur.* III. 10. Data opera paraui, *qui sic omnia persequeretur*, vt verear, ne tibi arguta nimium haec subtilitas videatur. III. 19. *Vt tuae memoriae darem operam.* ibid. *Neque* haec incerta tamen *vulgo iactantur*, sed *inter paucos -- secreto narrantur.* ibid. *Haec ad illum* cum reliquis actis *perferuntur.* VIII. 15. Si forte *ad vos omnia perferuntur.* ibid. Tua mihi mandata *diligentissime exposuit.* XII. 33. *Quum ei vitam tuam superio-*

riorem exposuissem. XIII. 9. *Feci continuo omnes participes* meae voluptatis. XIII. 17. *De te audiebamus ea, quae maxime vellemus.* XIV. 5. vid. NVNCIARE.

NATVRALIS. *Id quod* optimo *cuique natura tributum est.* IX. 27.

NAVFRAGIVM. Multi *naufragia fecerunt.* VI. 23.

NAVIGARE. *Tempestati obsequi*, artis est. II. 13. *Quae* primum *nauigandi nobis facultas data erit, ea vtemur.* III. 18. Si *ad* Sidam -- *nauibus accessissem.* III. 26. *In* Syriam *nauibus profectus erat*, quod secundos ventos habuisset. IV. 3. Quum sane *aduersis ventis vsi* essemus. VI. 16. Tum, mi Tiro, *consulito nauigationi.* VI. 20. Nos eo die coenati *soluimus.* Inde *austro lenissimo, coelo sereno*, nocte illa et die postero -- *ludibundi in* Italiam *peruenimus.* VI. 23. Solent nautae festinare quaestus sui causa. Cautus sis, mi Tiro, *mare magnum et difficile tibi restat.* Si poteris cum honesto aliquo homine (nauiges) *cuius autoritate nauicularius moueatur.* ibid. *Ne te tam longae nauigationi* et viae, per hiemem, nisi bene firmum *committas, neque nauiges, nisi explorate.* VII. 6. Cognoui *cursus nauigationum tuarum.* IX. 2. Quum *me Etesiae*, quasi boni ciues, relinquentem Remp. *prosequi no-*

noluerunt. XIV. 5. *In naues* exercitus eius *imponi posset.* XV. 14. *Conscenderet in naues.* ibid. Cum paucioribus et minoribus *nauibus ad* illas *ire* conatus sum. ibid. Vt non possit *classe* Dolabella in Italiam *peruenire.* ibid. Dolabellam *in naues* cum omnibus suis atque omni pecunia *conscendere esse paratum* XV. 15. Quum *nauibus in* Lyciam *venissemus.* ibid. *Traiecit sese in regnum* Bogudis. XV. 19. *Secuti sumus classem* Dolabellae, cui Lucius praeerat --- qui *clauso portu se tenere* coepit. XVI. 3.

NAVSEA. Ne *nauseae molestiam suscipias* aeger. VII. 1.

NECESSE EST, et NON. *Si res verba desideraret, aut non pro se ipsa loqueretur.* III. 17. Vrbem reliquimus, quam sapienter, aut quam fortiter, *nihil attinet* disputare. VII. 5. Quanquam *summa necessitas premebat.* IX. 23. Vt *perinde* ad omnia paratus essem, *ac res me moneret.* XIV. 4. *Vehementer opus est nobis* -- imperium tuum accedere. XVI. 37.

NEGOTIVM HABERE. vid OCCVPATVM ESSE.

NESCIRE. *Plane,* vbi delectem otiolum meum, *non habeo.* III. 25. *Si quid nunc me fallit in* scribendo. III. 26. Sed *ne mihi quidem ipsi reperio* quid faciendum sit. XII. 26.

NOBILIS. Quum ea consequutus nondum

dum eram, quae sunt hominum opinionibus amplissima; tamen *ista vestra nomina nunquam sum admiratus, viros eos, qui ea vobis reliquissent, magnos arbitrabar.* V. 7. *Summo loco nati.* V. 17.

NOCERE. vid. DAMNVM PATI.

NOLLE. *Impetrare a me non potui.* VI. 14. Nam Bassus *misere noluit* mihi legionem tradere. XIV. 9. *Me vehementer repugnante.* XV. 10. Vt eum incitarem, *ab illo longissime et absum, et abfui.* XVI. 32.

NOMEN IMMORTALE CONSEQVI. Commemoratio posteritatis *me ad spem quandam immortalitatis rapit.* I. 18. Me *sempiternae gloriae per eum commendari* velim. ibid. Perge igitur, vt agis, *nomenque tuum commenda immortalitati*, atque haec omnia, quae habent speciem gloriae, collecta inanissimis splendoris insignibus, contemne; *breuia, fugacia, caduca existima.* XIII. 17.

NVBERE. Vt, *cum* adolescente primario *coniuncta, aetatem ageret.* XI. 2. Licitum est tibi, credo, pro tua dignitate, ex hac iuuentute *generum eligere, cuius fidei liberos tuos* te *tuto committere* putares. ibid.

NVNCIARE. Quorum iniqui *sermones* quum *ad me per honestissimos homines perferrentur.* II. 13. Quum *nuncii* et litterae *de* bello, a Parthis in prouinciam illato, *quotidie fere*

fere afferrentur. IV. 1. *Quo nuncio allato.* IV. 4. *His rebus allatis.* ibid. Propter longinquitatem, et propter latrocinia *tardissime omnia perferuntur.* IV. 6. Quum istius modi *sermones ad te delati sunt*, non debuisti credere. IV. 7. *Nihil noui ad nos afferebatur.* V. 9. Quum *optatissimum nuncium accepissem.* VI. 3. Permulti *ad me detulerunt.* VI. 7. Etsi scio, *non iucundissimum nuncium me vobis allaturum.* XI. 12. Quid egerim, *celeriter vt scias, dabo operam.* XIV. 9. Te, mi Brute, sic amo vt debeo, quod *istud, quicquid esset* nugarum, *me scire voluisti.* XV. 10. *Tanquam* enim *clausa sit* Asia, *sic nihil perfertur ad nos*, praeter rumores de Dolabella. XVI. 2. vid. RVMOR EST.

O.

OBEDIRE. Debetis ita credere, *quodcunque imperassetis, facturum fuisse*, si quod iussistis, feci. XV. 19. Atque vtinam primis illis *litteris paruissem.* XVI. 32. vid. OBSEQVI.

OBIVRGARE. Pro quo tibi *tot rusticos Stoicos regeram.* X. 32. Turpitudo personae eius, *in quam liberius inuehimur.* XII. 10. In quos *tanta libertate verborum incurreret.* ibid. Quod Lepidum *castigare* non desiteram. XV. 18.

OBLI-

Obligatvs. Est animi ingenui, *cui multum debeas*, eidem *plurimum velle debere*. III. 12. Sic te existimare velim, quum a vobis, meae salutis autoribus, discesserim, *neminem esse, cuius officiis me tam esse deuinctum* non solum confitear, sed etiam gaudeam. IV. 13. Itaque *nihil est tantum, quod ego non tua causa debeam, facturusque sim cum studiose, tum libenter*. VI. 11. Nam magni interest cui debeas: *debere* autem *nemini malui, quam tibi*. ib. Qui me odisse, quia *magna mihi debebat beneficia*, coepit. VI. 14. *Deuincti magnis meis veteribus officiis*. IX. 5. Dolabellam antea tantummodo diligebam, *obligatus ei nihil eram*. IX. 6. Nunc *tanto sum deuinctus eius beneficio*, quod antea in re, et hoc tempore in salute tua, cumulatissime mihi satis fecit, *vt nemini plus debeam*. ibid. Municipium gratissimum *beneficio tuo deuinxeris*. IX. 26. *Ego habeo, cui plus quam tibi debeam, neminem*. X. 1. *Omne meum consilium, operam, studium* certe velim existimes *tibi* tuisque liberis *esse debitum*. ibid. *Quibuscunque officiis* Atticum *obstrinxeris, iisdem me tibi obligatum fore* (credas.) X. 6. Tam honestum municipium *tibi tuo summo beneficio in perpetuum obligari velis*. XI. 23. Eos *summo beneficio in perpetuum tibi tuisque deuinxeris*. XI. 25.

Ma-

Magno beneficio eius, magnoque merito sum obligatus. XII. 22. *Magna eius in me, non dico officia, sed merita.* XII. 23. *Nullum* enim *in te officium, ne minimum quidem, sine maxima culpa videor posse praeterire.* XIII. 4. *Non mihi Remp. plus debere arbitror, quam me tibi.* XIV. 7. *Tantum me tibi debere existimo, quantum persoluere difficile est.* XIV. 8. Qui se intellexerit, commoda sua curae tibi esse, *debere etiam se tibi omnia, putabit.* XIV. 9. Ipsum summo officio et summa obseruantia *tibi in perpetuum deuinxeris.* XVI. 13.

Oblivisci. Si qua interciderunt, non tam re, quam suspicione violata, *ea* quum fuerint et falsa et inania, *sint euulsa ex omni memoria vitaque nostra.* II. 4. Quod eius omnes grauissimas iniurias, communis concordiae causa, *voluntaria quadam obliuione contriueram.* II. 13. Quoniam *meam tuorum erga me meritorum memoriam nulla vnquam delebit obliuio.* III. 6. Vt istuc veniam ante, quam *plane ex animo tuo effluam.* III. 11. *Diuturnitas --- maximos luctus* vetustate *tollit.* VII. 26. *Nullus dolor est, quem non longinquitas temporis minuat atque molliat.* XI. 2. Quae *cogitatio* quum *mihi non omnino excidisset*, etenim *penitus insederat*; *vi* tamen *tempestatum et concussu calamitatum, aliquan-*

quantum labefactata atque conuulsa. XI. 4. Nullum officium tuum *apud me intermoriturum* existimes. XII. 38. Quae abs tua voluntate profecta sunt, *perpetuo animo meo fixa manebunt.* XIV. 18.

OBSEQVI. Memineris, quantaecunque tibi accessiones fient, et fortunae et dignitatis, eas te non potuisse consequi, *nisi meis* puer olim *fidelissimus atque amantissimis consiliis paruisses.* III. 27. *Illius voluntati obtemperans.* III. 14. *Omnes* oportere Senatui *dicto audientes esse.* III. 27. Neque enim vnquam vllum periculum tantum putaui, quod subterfugere mallem, quam *vestrae autoritati obtemperare.* IV. 4. Vt libentissimis Graecis, *nutu, quod velis consequare.* IV. 20. *Totum me ad eius viri*, ita de me meriti, *voluntatem nutumque conuerterem.* VI. 1. Sed *tibi morem gessi.* VI. 7. Quod si feceris, *maxime obtemperaris voluntati meae.* VI. 17. Ita existimes velim, *me antelaturum fuisse -- voluntatem tuam commodo meo.* VII. 2. Vt *te ad arbitrium meum adducerem.* ib. *Meum consilium accommodabo potissimum ad tuum.* VIII. 13. Vt et *illius voluntati* et meis studiis *seruiam.* X. 11. *Parebo autoritati tuae.* IX. 18. Quantum fides tua patietur, quantumque tuo commodo poteris, *tantum ei* honoris mei causa *commodes.* IX. 30. *Qui-*

buscunque rebus, sine tua molestia *poteris*, *ei commodaris*. IX. 31. Est tuae prudentiae, aut *sequi eius autoritatem*, cuius *sectam atque imperium* summa cum dignitate tua *secutus es*, aut certe illi integram omnem causam reseruare. XI. 23. Quo facilius *tuis praeceptis obtemperare possimus*. XI. 28. Negant enim se dubitare, quin tu *meis praeceptis et consiliis obtemperans*, te -- singularem consulem praebeas. XII 9. *Nutus tuus potest hominem* incolumem in ciuitate *retinere*. XIV. 11.

OBSERVARE. Caput autem est hoc, *quod te diligentissime percipere et meminisse* velim. XII. 32.

OBSIDERE et SOLVERE OBSID. *Clausam* Apameam *tenuisset*, quoad vi esset expugnata. XIV. 9. Antonium *turpiter* Mutinae *obsessionem reliquisse*. XV. 6.

OBSTINATVS. Non est enim *pugnax* in vitiis, *neque hebes* ad id, quod melius sit, intelligendum. VI. 8.

OBTRECTARE. Ego si in prouincia *de tua fama detrahere vnquam cogitassem*. IV. 7. Molestе ferebam, *de* ea re *minus commodos sermones maleuolorum fuisse*. VI. 7. Sic illi amores, et inuidiosa coniunctio, non *ad occultam recedit obtrectationem*, sed ad bellum erumpit. VI. 15. Quid refert? tamen

in

in sermonem incidemus. VIII. 9. Si quando *in vituperatores meos incidisses.* VIII. 20. Eodem fonte se hausturum intelligit laudes suas, e quo sit *leuiter aspersus.* IX. 16. *Scis meam fortunam*, nescio quo modo, *facile obtrectatores inuenire*, non meo quidem mehercule merito. XI. 15. *Maleuolentia* autem hominum (*facit*) *vt nonnulla durius, quam a te facta sunt, proferantur.* XII. 12. Pium meum consilium *raperent in contrariam partem* obtrectatores mei. XV. 6. *Habes obtrectatores*, quos equidem *facillime sustineo.* XV. 8. vid. CALVMNIARI.

OBVIAM IRE. Tu velim, quod commodo valetudinis tuae fiat, *quam longissime poteris, obuiam nobis prodeas.* VI. 16. Nam ei *obuiam processeram.* XIV. 1. *Nihil est -- cur aduenientibus te offerre gestias.* XIV. 35.

OCCASIONEM QVAERERE, DARE, HABERE, AMITTERE. Abeuntem magistratu concionis habendae *potestate priuauit.* I. 3. Si esset licitum per nautas, qui *tempestatem praetermittere* noluerunt. I. 6. Vide, ne quum velis *reuocare tempus* omnium seruandorum, quum qui seruetur non erit, non possit. I. 10. *Quin tu vrges istam occasionem et facultatem*, qua melior nunquam reperietur. II. 8. *Quam facultatem si quis casus eripuerit.* III. 26. Si pro meis pristinis opibus *facultatem*

mihi res hoc tempore daret., vt posſem &c. XI. 23. Curo, ne inter aliena vitia *hae gentes noſtra mala ſuam putent occaſionem.* XIII. 4. Cuius per deos gratiae gloriaeque *caue tempus amittas.* XIII. 5. *Nullum locum praetermitto* monendi, agendi, prouidendi. XIII. 9. Nunc vero *nactus occaſionem.* XIII. 12. *Eam facultatem habes maximam*, quam, quando *complexus es et tenes*, perfice, vt ne minus Reſp. tibi, quam tu Reip. debeas. XIII. 17. *Amiſſis* autem *temporibus*, quae *plurimum valent*, praeſertim in bellis ciuilibus. XVI. 32.

OCCVLTVS. Si quid *intra cutem ſubeſt vulneris*, *quod prius nocere poteſt*, *quam ſciri* curarique poſſit. XIV. 20. Si quid *reconditum magis erit.* XV. 9. *Totus eſt ſermo verbis tectus*, re impudentior. XVI. 30. Itaque *tectis verbis ea ad te ſcripſi*, quae apertiſſime agunt Stoici. ibid.

OCCVPATVM ESSE. Neque tamen, quum haec ſcribebam, eram neſcius, *quantis oneribus premerere ſuſceptarum rerum, etiam inſtitutarum.* I. 18. Propter moleſtiſſimas occupationes meas, *quibus ſi me relaxaro*, nam vt *plane exſoluam*, non poſtulo; te ipſum &c. II. 3. Vos nunc iſtic *ſatis calere* audio. II. 11. Comitiorum dilationes *occupatiorem me habebant.* III. 27. Vel quia totum negotium

non

non est dignum viribus nostris, qui *maiora in Rep. onera sustinere* et possimus, et *soleamus*. V. 13. Sed *oppressus tantum attigit negotii*, quantum recusare non potuit. VIII. 5. Venies, vt ipse intelligis, *in maximarum quasi concursum occupationum*. VIII. 16. *Si me expediero*, non committam &c. VIII. 18. *Vrgeo* forum. IX. 18. An *in aliqua maiuscula cura negotioue versere*. X. 33. *Calface* hominem. XI. 10. Quanquam eram *maximis occupationibus impeditus*. XIII. 7. Illud magis mihi solet esse molestum, *tantis me impediri occupationibus*, vt ad te scribendi meo arbitratu facultas nulla detur. XIV. 15. Quum antea *distinebar maximis occupationibus*. ibid. Hoc tempore *multo distineor vehementius*. ibid. *Meae illae vehementes contentiones* tanquam σκιαμαχίαι esse videntur. XV. 8.

Odisse, odiosvm reddere. Sed partim *odio me excludunt, et aperte* vindicem coniurationis *oderunt*. I. 5. *In summam inuidiam adducti*. I. 11. Sed quum *inclusum illud odium* multarum eius in me iniuriarum, quod ego *effudisse me omne* arbitrabar, *residuum* tamen, insciente me, fuisset, *omne repente apparuit*. II. 13. Eorum odia, qui Hirrum *premunt*, quae permulta sunt, *subleuat*. III. 25. Quo studio prouidit, *ne qua me illius*

temporis inuidia attingeret. VI. 1. *Nosti* enim *non modo stomachi mei*, sed etiam *oculorum*, in hominum insolentium indignitate *fastidium.* VII. 13. In qua (vrbe) domus *nihil delectare* possit, *summum sit odium temporum*, hominum, fori, curiae. XI. 14. Cuius tanta est non insolentia --- sed immanitas, non modo vt vocem, sed *ne vultum quidem liberum possit ferre cuiusquam.* XII. 20. *Incredibile est omnium ciuium -- odium* in Antonium. XIII. 5. *Adeo est* enim *inuisus mihi, vt nihil non acerbum putem, quod commune cum illo sit.* XIII. 12.

OFFENDERE. *Si qua offensiuncula facta est animi tui*, peruersitate aliquorum. III. 21. Scio enim, te non esse *procacem in lacessendo.* IV. 3. Neque non *me tamen mordet aliquid.* VI. 9. Quam (κρίσιν) Diodorus *non concoquebat.* VIII. 11. Eius ipsius *nulla re a me offensus est animus*; *est* enim *adhibita* in re ipsa *summa a nobis moderatio.* VIII. 15. Conscius mihi eram, nihil a me commissum esse, *quod boni cuiusquam offenderet animum.* XII. 13. Nos, Antoni, *te nulla lacessiuimus iniuria.* XII. 19. vid. IRRITARE.

OFFICIA OFFERENDI FORMVLAE. De ceteris rebus quicquid erit actum, scribam ad te, et *vt quam rectissime agantur, omni mea cura, opera, diligentia, gratia prouidebo.* I. 12.

De

De Alexandrina re -- tantum habeo polliceri, *me tibi* absenti tuisque praesentibus *cumulate satisfacturum.* I. 15. *A nobis agentur omnia diligenter*, vt neque si quid obtineri possit, non contendamus, nec si quid non obtinuerimus, repulsi esse videamur. ibid. *A me omnia summa in te studia officiaque expecta*; non fallam opinionem tuam. I. 17. Tu velim tibi ita persuadeas, *nullam rem esse minimam*, quae ad te pertineat, *quae mihi non carior sit, quam meae res omnes.* II. 2. Cetera, quae ad te pertinebunt, *quum etiam plus contenderimus, quam possumus, minus tamen faciemus, quam debemus.* ibid. Ego vero tibi profiteor atque polliceor *eximium et singulare meum studium in omni genere officii*, quod ad honestatem et gloriam tuam spectat. *In quo etsi multi mecum contendunt*, tamen cum reliquis omnibus, tum Crassis tuis iudicibus, *omnes facile superabo.* II. 4. Quae ad me de tuis rebus domesticis scribis, quaeque mihi commendas, *ea tantae mihi curae sunt, vt me nolim admoneri, rogari vero sine magno dolore vix possim.* II. 13. *Meus animus erit in te* liberosque tuos *semper*, quem tu esse vis, et qui esse debet. III. 13. *Omnia volo a me et postules et expectes; vincam meis officiis cogitationes tuas.* VI. 1. Q. Seruilius perbreues a te

mihi reddidit litteras, quae mihi tamen nimis longae visae sunt; *iniuriam* enim *mihi fieri putabam, quum rogabar.* VI. 1. De mea in te voluntate sic velim iudices, me *quibuscunque rebus opus esse intelligam*, opera -- et consilio, studio quidem certe, *rei, famae, saluti tuae praesto futurum.* VIII. 1. Ego quae ad dignitatem tuam pertinere arbitrabor, *summo studio diligentiaque curabo*, inprimisque tuebor omni obseruantia clarissimum virum, patrem tuum. IX. 2. Ego quae pertinere ad te intelligam, *studiosissime omnia diligentissimeque curabo.* IX. 3. Itaque ad tuos velim scribes --- *vt operam, studium, consilium, rem, fidem meam sibi ad omnes res paratam putent.* IX. 5. *Vniuersum studium meum et beneuolentiam ad te defero.* ibid. Vt intelligant, *omnia Ciceronis patere* Trebiano. Hoc eo pertinet, *vt nihil existiment esse tam difficile, quod non pro te mihi susceptum, iucundum sit futurum.* ibid. *Studium, consilium, opera, gratia, fides mea nullo in loco deerit* tuis optimis fratribus. IX. 8. Reliquum est, vt *tibi me in omni re eum praebeam praestemque*, vt ad omnia, quae tui velint, ita sim praesto, *vt me non solum omnia debere tua causa, quae possum, sed ea quoque, quae non possum, putent.* IX. 9. Tu vero vt intelligas homini *amicissimo* tribuisse ope-

operam, *re tibi praestabo.* IX. 13. *Apud quem quicquid valebo, vel autoritate, vel gratia, valebo tibi.* IX. 16. Si quid ignorabo, de eo admonitus *omnium studia vincam.* IX. 21. Polliceor ei studium quidem meum et operam *sine vlla exceptione*, aut laboris, aut occupationis, aut temporis. IX. 24. *A me vero tibi omnia* liberisque tuis *paratissima esse confidas velim.* ibid. *Nullum officium, nullum denique certamen*, in quo illis prodesse possem, *praetermitterem.* XI. 23. Tu tamen ei velim scribas, vt *nullam rem*, neque tam magnam, neque tam paruam putet, *quae mihi aut difficilis, aut parum me digna videatur Omnia*, quae in tuis rebus agam, et *non laboriosa mihi et honesta videbuntur.* XI. 27. Faciam illud quod meum est, *vt tibi omnia mea officia, studia, curas, cogitationes pollicear*, quae ad tuam laudem et gloriam pertinebunt. XII. 31. Velim tibi persuadeas, me -- *tuis optimis consiliis*, amplitudini, gloriae, *nullo loco defuturum.* ibid. Quare mihi gratissimum facies, si exploratum habebis, *tuis laudibus*, nullo loco, *nec consilium, nec studium meum defuturum.* XII. 33. Illud tibi persuadeas velim, me omnia, *quae ad tuam dignitatem augendam pertinebunt*, quae est per se amplissima, *summo semper studio susceptum et*

defensurum. Quod quanquam intelligo me cum multis esse facturum, tamen *appetam huius rei principatum*. XII. 33. Quod si vita mihi contigerit, *omnes* gratas amicitias, atque *etiam pias propinquitates in tua obseruantia, indulgentia, assiduitate vincam*. XVI. 6. Ego quae te velle, quaeque ad te pertinere arbitrabor, *omnia studiose diligenterque curabo*. XVI. 14. De me autem sic velim iudices, *quantum ego possim, me tibi, saluti tuae*, liberisque tuis, *summo cum studio praesto semper futurum*. XVI. 36.

OFFICIO FVNGI. Ego iam annuum *munus confecero*. VI. 4. *Sequuti sumus* non spem, sed *officium*; reliquimus autem non officium, sed desperationem. VIII. 12. Mihi iudicatum est *deponere illam iam personam*. VIII. 16. Verebar, *ne officio deessem*. VIII. 20. *Suum officium praestare*. XI. 2. *Praestitimus* enim *patriae non minus certe, quam debuimus*, plus profecto, quam est ab animo cuiusquam, aut consilio hominis postulatum. XI. 4. Cui nos et charitate et amore *tuum officium praestituros*, non debes dubitare. XII. 10. *Is magnificentissimo munere --- perfunctus*. XII. 23. *Tuum est hoc munus, tuae partes*; a te hoc ciuitas, vel omnes potius gentes non expectant solum, sed etiam postulant. XII. 31. Consulare *munus*

iusti-

sustinebat. XIII. 17. *Cupio iam vigiliam meam*, Brute, *tibi tradere*, sed ita, ne desim constantiae meae. XV. 12. Quam primum *ad meum officium reuertendum* mihi esse existimaui XV. 15.

Officiosvs. Si quando officiis meis non mutuo respondetur, *apud me plus officii residere*, facillime patior. I. 1. *Omnia* enim *a me in te profecta sunt, quae ad tuum commodum, quae ad honorem, quae ad dignitatem pertinerent.* I. 4. Neque legis improbissimae poena deductus est, quo minus hospitii et *amicitiae ius officiumque praestaret.* I. 6. Salustius officio *vincet omnes spes.* ibid. Pisonem nostrum *mirifico esse studio in nos et officio*, et ego perspicio, et omnes praedicant. I. 9. *Ego omni officio, ac potius pietate erga te*, ceteris satisfacio omnibus, *mihi ipse nunquam satisfacio.* I. 11. *A me nullum tempus praetermittitur, de tuis rebus et agendi et cogitandi.* I. 15. *Neque vllum officium erga te hominis amantissimi*, prudentissimi, diligentissimi, *praetermisit.* II. 2. *Quantum meum studium extiterit dignitatis tuae vel tuendae, vel etiam augendae*, non dubito, quin ad te omnes tui perscripserint; *non* enim *fuit aut mediocre, aut obscurum, aut eiusmodi, quod silentio posset praeteriri.* II. 4. Senatus populusque Rom. intelligit, *tibi* absenti *nihil*

esse

esse tam promtum, aut tam paratum, quam in omnibus rebus, quae ad te pertinent, *operam, curam, diligentiam, autoritatem meam.* II. 4. Vt *officium meum*, memoremque in bene meritos animum, fidemque fratris mei *praestarem.* II. 13. *Tantum enitor*, vt neque amicis, neque etiam alienioribus, *opera, consilio, labore desim.* ibid. *Mea in te omnia summa necessitudinis officia constabunt.* III. 20. *Domus tua* denique *tota me semper omnibus summis officiis prosequuta est.* V. 3. *Officium meum erga* Rhodonem, *ceteraque mea studia, quae tibi ac tuis praestiti, tibi homini gratissimo grata esse*, vehementer gaudeo, V. 17. Vt quum hic tibi satisfecerimus, *istic quoque nostram in te beneuolentiam nauare possimus.* VI. 1. Quid mihi mandasti, in quo non *expectationem tuam diligentia mea vicerim?* ibid. Quis enim ad me non perscripsit, te --- opera, consilio, domum veniendo, conueniendis meis *nullum onus officii cuiquam reliquum feciſſe.* VI. 12. Ad Curium scripsi *suauissimum* hominem, et *summi officii, summaeque humanitatis.* VI. 20. *Innumerabilia tua sunt in me officia*, domestica, forensia, vrbana &c. ibid. *Ad tua* innumerabilia in me *officia adde hoc*, quod mihi erit *gratissimum omnium.* VI. 21. Publio tuo neque *opera*, neque *consilio*, neque *la-*

labore, neque gratia -- *defui*. VIII. 19. Vt intelligant *omnia Ciceronis patere Trebiano*. IX. 5. Me certe *in omnibus rebus satis* nostrae coniunctioni amorique *facturum* (confidas.) IX. 9. Amor fraternus *nullum me patitur officii* erga te, studiique *munus*, aut tempus *praetermittere*. IX. 20. Si *minus cumulate* videberis *feciſſe* aliquid eius causa. X. 7. *In me ipsum magna contulit officia*, mihique moleſtiſſimis temporibus, ita fideliter beneuoleque praesto fuit. X. 9. Setuius tuus *omnibus officiis*, quae illi tempori tribui potuerunt, *declarauit*, et quanti ipse me faceret &c. XI. 3. *Nec in honoribus* meis, *nec in laboribus vnquam defuerunt*. XI. 23. Reliquum est, vt *officiis certemus inter nos*, quibus aequo animo vel *vincam te*, *vel vincar abs te*. XII. 3. Quod tuum iudicium *niſi mea ſumma beneuolentia* erga te, omnibusque meritis *comprobaro*, ipse *me hominem non putabo*. XII. 16. In priuatis rebus *nullum neque officium*, *neque ſtudium meum deſiderabis*. XII. 25. *Nullum officium tuum* apud me *intermoriturum* existimes. XII. 38. *Nullum* enim in te *officium*, ne minimum quidem, *ſine maxima culpa* videor poſſe *praeterire*. XIII. 4. *De* P. Luccelo *nihil tibi concedo*, quo *ſtudioſior* eius sis, *quam ego ſum*. XIV. 15. Tu tibi, mi Cornifici, fac

fac vt persuadeas, non esse me tam imbecillo animo, ne dicam inhumano, vt *a te vinci possim, aut officiis, aut amore.* XIV. 15. Studia mea erga te, *quibus* certe *nulla esse maiora potuerunt*, tibi tam grata esse, quam ego putaui fore, minime miror, vehementerque laetor. XV. 13. Opto, vt mihi liceat iam *praesenti pietate* meorum officiorum tua *beneficia tibi facere iucundiora.* XV. 18.

OPERAM DARE. *Laboratur vehementer*, inclinata res est. I. 11. *Non parcam operae.* X. 15. *Si diligentiam*, quam instituisti, *adhibueris.* XI. 7. *Multum* enim *mihi eripitur operae* in exscribendis hypomnematis. XII. 36. Sed *aliquantum nobis temporis*, et multae impensae *opus fuit.* XIII. 14. Nisi in multitudine optimorum ciuium, *impetus animi mei fuerit singularis, et opera praecipua.* XIV. 3. v. STVDIOSE AGERE, DILIGENS &c.

OPINARI. *In eam opinionem rem adduxerunt.* I. Iam inclinata victoria, *ne possum quidem in vllam aliam incidere opinionem.* VII. 18. Vt quoque *in animum inducas.* IX. 9. *Hanc in opinionem discesti.* IX. 20. Illa in dies singulos *magis magisque opinio* hominum *confirmatur.* X. 33.

OPTARE. Nemo nostrum est, vt opinior, *quin vota* victoriae suae *fecerit.* IX. 23.

ORATIONES HABERE. Illud quidem scio, meos

meos multos et *illustres*, et ex superiore, et ex aequo loco *sermones habitos*, cum tua summa laude, et cum magna significatione nostrae familiaritatis, ad te vere potuisse deferri. IV. 7.

ORDINARE. Quum primum militarem rem *collocassem*. V. 16.

ORIRI. Si metuendus iratus est, *quies* tamen *ab* illo fortasse *nascetur*. VII. 31. *Ab his initiis* noster in te *amor profectus est*. VIII. 5. Scribas ad me, vt mihi *nascatur* epistolae *argumentum*. XI. 5. Quicquid *a me profectum* sit. XI. 21. *A* quibus *initium libertatis profectum est*. XII. 9. Victoria *pax*, non pactione *parienda est*. XIII. 13. Quo tardius certior fierem, Lepidus *effecit*. XV. 6. *Ex* pace et victoria *bellum excitauit*. XVI. 5. Interpositus annus alios *induxit*, vt victoriam sperarent. XVI. 32. Atque horum malorum omnium *culpam* fortuna *sustinet*. ibid.

OSTENDERE. Quum *praeferremus sensus aperte*. XIII. 14. Familiaritas nostra *magno theatro spectata est*. XIII. 19. vid. SIGNIFICARE.

OTIOSVS, OTIVM. Valde metuo, *ne frigeas* in hybernis; quamobrem camino luculento vtendum censeo. II. 11. Quam primum ero *aliquid otii nactus*. IV. 6. Sed

dici

dici non potest, quomodo *hic omnia iaceant*. Nisi ego cum tabernariis et aquariis pugnarem, *veternus ciuitatem occupasset*. Si Parthi *vos nihil calefaciunt*, nos hic *frigore frigescimus*. V. 5. Quum *plus otii nactus ero*. V. 7. Gaudebam sane, et *congelasse* nostrum amicum laetabar *otio*. V. 16. Fortuna tua laudatur, quod *honesto otio tenueris* et statum, et *famam* dignitatis tuae. IX. 12. In quibus *sine vllo interpellatore versor*. X. 28. Qui nunc *requiem quaerit ex* magnis occupationibus. XI. 13. *Ab* impendentibus magnis *negotiis discedere*. XI. 22. Ego *nactus* in nauigatione nostra *pusillum laxamenti*. XII. 10. Quod reliquum est vitae, *in otio* Rhodi *degam*. XII. 13. Si vnquam licuerit *viuere in otio*. XIII. 12. *Plane iam*, Brute, *frigeo*. Θρῆνον enim erat meum senatus, id est iam dissolutum. XV. 8.

P.

PACEM FACERE, PACIFICVS. Itaque *ad pactionem descendimus*, et confirmarunt consules. VI. 6. *Otium esse* in Syria, audio. VI. 7. Vt te nobiscum coniungeres, aut certe *in otium referres*. VII. 18. Quauis tuta conditione *pacem accipere malui*, quam viribus cum valentiore pugnare. VIII. 8. Quum *vel iniquissimam pacem* iustissimo *bello ante-*

anteferrem. IX. 16. *Cupiebam*, quamuis iniqua conditione, *pacem.* X. 3. Necesse est, aut *armis* vrgeri Remp. sempiternis, aut his *positis*, recreari aliquando. X. 4. *Armis* aut defatigatione *abiectis*, aut victoria *detractis*, *ciuitas respirauerit.* ibid. Romae *summum otium est.* XI. 21. Vt aliquando *otiosa libertate fruamur.* XII. 10. *Natura* autem *mea*, *et studia trahunt me ad pacis* et libertatis *cupiditatem.* XIII. 12. *Pacis* inter ciues *conciliandae* te cupidum esse laetor, pacem eam si a seruitute seiungis. XIV. 2. Sapientius, meo quidem iudicio, facies, *si te in istam pacificationem non interpones.* ibid. Cum Lepido egi, vt *omissa omni contentione*, *reconciliataque voluntate nostra*, communi consilio Reip. succurreret. XIV. 12. Tanquam nihil peius timerent, quam ne sine maximo Reip. detrimento, *bellum componeretur.* XV. 6. Prouinciam *in otio*, exercitum in mea potestate *tenui.* XV. 19. Etsi vterque nostrum spe pacis, et odio ciuilis sanguinis, *abesse a belli pertinacia* voluit; tamen quando *eius consilii princeps* ego fuisse videor. XVI. 32.

PARARE. vid. PRAEPARARE.

PARATVS. Cetera, *quae tibi a multis promta* esse certo scio, *a me sunt paratissima.* IX. 31.

PAREM ESSE. Non quo verear, *ne virtus tua* opinioni hominum *non respondeat.* III. 10.

PARTICEPS, et NON. Casus, qui sit *ab eorum*, quos dilexeris, *miseria* maloque *seiunctus.* VII. 26. Nos cura et dolore *proximi sumus.* IX. 7. Vulgo hominum opinio *socium me adscribit* tuis laudibus. XII. 9. Peto, vt *me hanc* quasi falsam *hereditatem* alienae gloriae *sinas cernere*, meque aliqua ex parte *in societatem* tuarum laudum *venire* patiare. ibid. *Nihil* enim *mihi a te potest esse seiunctum.* XII. 10.

PATI. vid. TOLERARE.

PATIENS. vid. DOLERE, et NON.

PATRIAE STVDIOSISSIMVS. Equidem vt veni ad vrbem, *non destiti omnia et sentire, et dicere, et facere, quae ad concordiam pertinerent.* VII. 5. Resp. *mihi vita charior est.* XII. 31. Ego meo pristino more Remp. defendi, *me principem senatui populoque Rom. professus sum.* XIII. 1. Sic tibi persuade, *me dies et noctes nihil aliud agere, nihil curare, nisi vt mei ciues salui liberique sint.* --- Hoc denique animo sum, vt *si in hac cura* atque administratione *vita mihi ponenda sit, praeclare actum mecum putem.* XIII. 9. Neque *deesse*, neque *superesse* Reip. volo. XV. 6. Deos hominesque testor P. C. qua mente,

et

et quo animo semper in Remp. fuerim, et *quam nihil antiquius communi salute ac libertate iudicarim.* XV. 17.

PATRIMONIVM. Qui *rem a parente traditam* per se tenere possint. XI. 2. vid. HEREDEM ESSE.

PATRONVS. Sed etiam olim *nascenti propemodum laudi, dignitati, virtutique praefuisti.* II. 1. Quantum meum *studium* extiterit *dignitatis tuae vel tuendae, vel etiam augendae*, non dubito, quin ad te omnes tui perscripserint; *non* enim *fuit mediocre*, aut *obscurum*, aut *eiusmodi, quod silentio posset praeteriri.* II. 4. Quum te ex adolescentia tua in amicitiam et fidem meam contulisses, *semper te* non modo *tuendum* mihi, sed etiam *augendum atque ornandum* putaui. II. 9. *Dux nobis et autor opus est, et eorum ventorum*, quos proposui, *moderator quidam et quasi gubernator.* III. 12. Quum te semper dilexi amauique, quod mei amantissimum cognoui, in omni varietate rerum mearum; tum patris tui pluribus beneficiis, vel *defensus* tristibus temporibus, vel *ornatus* secundis; necesse est, *vt sim totus vester, et esse debeam.* III. 31. Te vero, mi Rufe, diligo, quem mihi fortuna dedit *amplificatorem dignitatis meae*, vltorem non modo inimicorum, sed etiam inuidorum meo-

rum. IV. 6. Vt intelligat illa ciuitas, *sibi in* Neronis *patrocinio summum esse praesidium.* IV. 18. Tu puer me appetisti, *ego autem semper ornamento te mihi fore duxi. Fuisti* etiam *praesidio* tristissimis meis temporibus. V. 8. *Quibus ille me rebus non ornatissimum voluit amplissime?* VI. 1. Sed mihi crede, etiam is qui omnia tenet, *fauet ingeniis*, nobilitatem vero et dignitatem hominum -- *amplectitur.* IX. 9. (Caesar) *Mirifice ingeniis excellentibus*, quale est tuum, *delectatur.* IX. 16. Me tuorum consiliorum *adiutorem*, dignitatis *fautorem*, omnibusque in rebus tibi *amicissimum* fidelissimumque cognosces. XIII. 16. vid. FAVERE.

PAVCI. vid. RARVS.

PAVPER. Cui (filio suo) *si aliquid erit ne egeat*, mediocri virtute opus est, et mediocri fortuna, vt cetera consequatur. I. 8. Stoici dicunt, omnes esse diuites *qui coelo et terra frui possunt.* II. 12. *Res familiaris* alteri eorum *valde exigua est.* X. 34. Municipium maximis oneribus pressum *summis affectum difficultatibus.* XI. 25.

PECCARE. Magis *ineptiis*, quam *improbitate peccat.* III. 21. Si quid a me praetermissum fuerit, *commissum facinus, et admissum dedecus confitebor.* VI. 1. Tibi persuade, *praeter culpam ac peccatum*, quo semper

per *caruisti et carebis*, homini accidere *nihil* posse, quod *sit horribile aut pertimescendum.* VIII. 8. *Nihil* esse sapientis *praestare, nisi culpam.* VIII. 15. Et illud adiunges, homines sapientes *turpitudine*, non casu, et *delicto suo*, non aliorum iniuria, *commoueri.* VIII. 19. *Vacare culpa* magnum est solatium. VIII. 20. *Nec* esse *vllum magnum malum*, praeter *culpam*, a quo quando *tantum absumus*, vt etiam optime sensserimus &c. X. 3. Fortuna quae *absit a culpa.* X. 4. Sin quid forte *titubatum* esset, vt fit in bello, exercitu tuo niteremur. XVI. 5. vid. CONSCIVS BENE vel MALE.

PECVNIAM COGERE. Vt *ad numos perueniat.* IX. 29. Pecuniam, *quam maximam potero*, et quam celerrime *cogam.* XV. 15. *Magna numerata pecunia, magno pondere aurè coacto.* XV. 19.

PECVNIA CORRVMPERE. Legiones quas sibi *conciliare pecunia* cogitabat, et in ceruicibus nostris collocare. XII. 27. Exercitus *magnis* saepe *praemiis solicitatus.* XIII. 14. *Largitionibus* concessionibusque praemiorum erant *obligatae.* ibid.

PECVNIA PARATA. Pecunia, *expeditissima quae erat*, tibi decreta est. XV 12.

PERDERE. Quem ego quum comperissem *omnem* sui tribunatus *conatum in meam*

perniciem parare atque meditari. I. 3. Neque illi quidquam deliberatius fuit, quam me, quacunque ratione posset, non iudicio, neque disceptatione, sed *vi atque impressione euertere.* ibid. Etiam atque etiam cogita, mi Cicero, ne te tuosque *funditus euertas, ne te* sciens prudensque *eo demittas, vnde exitum vides nullum esse.* VII. 12. Vt in fabulis Amphiaraus, sic ego *prudens et sciens, ad pestem ante oculos positam, sum profectus.* IX. 16. Quum *vastitatem* Italiae *respexerint.* XV. 6. Qui arbitrantur, melius esse *deleri omnino remp.*, quam imminutam et debilitatam manere. XVI. 32. *Versor in gemitu* Italiae, et *in vrbis miserrimis querelis.* ibid.

PEREGRINATIO. Omnis enim *peregrinatio*, quod ego ab adolescentia iudicaui, *obscura et sordida est iis*, quorum industria Romae potest illustris esse. VI. 4.

PEREGRINVS. In vrbem nostram est infusa peregrinitas, vt *nullum veteris leporis vestigium appareat.* IX. 18.

PERFICERE. et NON. Tu interea non cessabis, et ea quae habes instituta *perpolies.* I. 18. Nunc vt Apelles Veneris caput, et summa pectoris *politissima* arte perfecit, reliquam partem corporis inchoatam reliquit; sic quidam homines in capite meo solum ela-

elaborarunt, *reliquum corpus imperfectum ac rude reliquerunt.* II. 13. Vt *confectis omnibus* te facerem certiorem. III. 23. Si intellexero, per te illum ipsum *negotium ex sententia confeciſſe.* V. 15. Niſi iam tunc *omnia negotia* cum ſumma tua dignitate, *diligentiſsime confeciſſes.* VI. 9. *Omnia de* ſalute ac reditu tuo *perfecta ſunt.* IX. 14. A te omnia proficiſcantur, et *per te ad exitum perducantur*, neceſſe eſt. IX. 23. Operam des, vt *per te quam commodisſime negotium* -- adminiſtretur, *quam primumque conficiatur.* IX. 26. *Bellum iam confectum relinquere* ſum coactus. XI. 29. Fac *vt principiis conſentiant exitus.* XII. 31. Si quid operis tibi etiam nunc reſtat, *id maximo opere cenſeo perſequendum.* XIV. 19. Si modo *iſta ex ſententia confecta eſſent.* ibid Quum ea quae conſulebantur, *ad exitum non peruenirent.* XIV. 22. *Nihil eſt tantum, quod non* populus Rom. *a te perfici atque obtineri poſſe* iudicet. XVI. 1. Si haec *ex ſententia confecta* eſſent, *conſilio atque autoritate tua.* XVI. 5.

PERFIDVS. *Qui mihi fidem* reique publicae *non praeſtiterunt.* XV. 14.

in PERICVLO ESSE, EI SE COMMITTERE. *In eadem es naui.* III. 10. Quum omnis Reſp. in meo capite *diſcrimen eſſet habitura.* III. 15. *Si qua pericula tibi impenderent*, vt de-

fungeremur, optaui. III. 19. *Ne quod* hic tumultus dignitati tuae *periculum afferret.* IV. 9. Iudicio enim tuo, non casu, *in ipsum discrimen rerum contulisti* tribunatum tuum. IV. 10. Mitto, quod inuidiam, quod *pericula*, quod *omnes meas tempestates et subieris, et multo etiam magis*, si per me licuisset, *subire paratissimus fueris.* V. 1. Nostri porro, quos tu bene nosti, *ad extremum certamen rem deducere* non audent. VI. 6. *Ad* quem intelligebat *eius belli periculum pertinere.* VI. 7. *Quo in discrimine versetur salus mea,* et bonorum omnium, atque vniuersae Reip. (vides.) VII. 5. Quum me *in res turbulentissimas*, infidelissimis sociis, *demisissem.* VIII. 2. *In magno periculo omnes, sed* tamen *communi sumus.* VIII. 4. Videtur enim mihi *res in propinquum adducta discrimen.* VIII. 8. Est enim *res ipsa iam in eum locum adducta.* ibid. Quum *omnium nostrum coniunctum esse periculum suo* cerneret. IX. 12. Tuos magistratus *in ipsa discrimina incidisse salutis fortunarumque communium.* IX. 14. *Ruinae periculum struas*, non ascensum pares. IX. 23. *Ad omnes casus subitorum periculorum* magis *obiecti* sumus. X. 3. Eius fortunae videntur *in discrimen venire.* X. 34. Ne in extremis essem, *plane pericula non dubitanter adii.* XIII. 12. *Nec periculum est vl-*

vllum, quod pro libertate aut *refugiam*, aut *deprecer*. ibid. Sin *ad societatem integerrimorum et maximorum periculorum accedam*. XIII. 14. Nullum pro me *periculum adire* dubitauit. XIII. 19. Res, quum haec scribebam, erat *in extremum deducta discrimen*. XIII. 20. *Vna nauis iam est bonorum omnium*, quam quidem nos, damus operam, *vt rectam teneamus*. XIV. 5. *Ad omnia pericula princeps esse* non recusabat. XIV. 13. Non dubitandum putaui, quin succurrerem, meque *communi periculo offerrem*. XIV. 20. Eas *copias*, quas diu simulatione Reip. comparārent, *subito ad patriae periculum conuerterunt*. XV. 5. *Tibi ab iis instare periculum*. XV. 9. Mihi fuit ista prouincia *plena laboris, periculi*, detrimenti; quae ego *ne frustra subierim*, valde laboro. XV. 14. *Quum non minora pericula* reip. *a* Dolabella *instarent*. ibid. Nunquam me poenitebit *maxima pericula* pro patria *subire*. XV. 18. *Eius ipsius magnum periculum agitur*. ibid. Summam remp. *in discrimen adduceremus*. XVI. 6.

Perire. *In eum locum res deducta est*, vt nisi quis deus, vel casus aliquis subuenerit, *salui esse nequeamus*. VII. 5. *Priora tempora in ruinis* Reip. nostrisque *iacuerunt*. VIII. 19. Ex eo tempore vir ille summus, *nullus imperator fuit*. VIII. 20. *In tantis tenebris*

et quasi parietinis Reip. IX. 1. Doleo ita *communem rem esse dilapsam*, vt ne spes quidem melius aliquando fore, relinquatur. IX. 17. Necesse est Remp. *funditus interire.* X. 4 Quae oppida quodam tempore florentissima fuerunt, nunc *prostrata et diruta ante oculos iacent.* XI. 2. Quum vno loco *tot oppidum cadauera iaceant.* ibid. Quid est enim non ita affectum, vt id non *deletum extinctumque omne esse* fateare? Circumspice omnia membra Reip., quae notissima sunt tibi, *nullum reperies profecto, quod non fractum debilitatumue sit.* XI. 4. Veni igitur quaeso, *ne tantum semen vrbanitatis*, vna cum Rep., *intereat.* XII. 3. Vt inopia potius, quam ferro *conficeretur* Antonius. XIV. 7. Ipsa victoria futura esset acerbissima, quae aut *interitum allatura* esset, aut &c. Nunc vero *euersis rebus omnibus*, cum consilio perfici nihil possit. XVI. 36.

Perniciosvs. Quaedam *pestes hominum* laude aliena dolentium. II. 4. Antonii *reditus* a Brundusio *pestis patriae* fuisset. XIV. 15.

Perseqvi. Si *omnibus rebus prement* Carionem, Caesar defendetur. VI. 6. Quasi per hanc speciem simultatis *eum consectarer.* VI. 14.

Perspicvvs. Litterae tuae *planius loquebantur et vberius*, quam vulgi sermo. VI. 5.

Eum

Eum librum tibi misi, *scriptum quam planissime res illa scribi potuit.* XII. 18.

PERSVADERE. Senatum *vehementer* oratione mea atque autoritate *commoui.* I. 5. Quod *si te adducemus*, vt hoc suscipias. I. 18. Vt aut *te in meam sententiam adducam*, aut certe testatum apud animum tuum relinquam, quid senserim. III. 8. *Quibus maxime ad* remanendum *commoueri posses.* VII. 12. *Sequutus autoritatem meam.* IX. 27. Cuius si essemus *et autoritatem et consilium sequuti.* X. 1. Nunc vero *quid est, quod me in aliam partem trahere possit?* XIII. 4. Vides, vt te philosophando *reuocare* coner ad coenas. XIII. 9.

PERTINAX. Ne et *in peccando improbus*, et in dissimulando timidus ac vanus existimarer. vid. OBSTINATVS.

PERTINERE ad ALIQVID. *Cura* doloris tui non *cum illis communicabitur*, sed *ad te ipsum proprie referetur.* VII. 26. *Tuae laudi conducere* arbitror. VII. 36. vid. PARTICEPS.

PETENDI FORMVLAE. vid. ROGANDI FORM.

PHILOSOPHIAE VSVS. Magnam habeo philosophiae gratiam, quae non modo *me a solicitudine abducit*, sed etiam *contra omnes fortunae impetus armat.* XII. 27. vid. STVDERE.

PICTVRA. *Si quid generis istiusmodi me delectat, pictura delectat.* XVI. 10.

PI-

Pivs. Est enim in eo *summa probitas, summa virtus*, summa in hospites liberalitas, et obseruantia. VIII. 6.

Placare, vid. Reconciliare.

Placere et non. Sed *plane* curationes eius *non probo*. VI. 20. *Libenter amplector* talem animum. VII. 15. *Mirifice ingeniis excellentibus*, quale est tuum, *delectatur*. IX. 16. Non magis te, quam de te *iudicium reprehendo meum*. XV. 7. vid. Probare.

Plebeivs. Summo genere natus, *terrae filius*. II. 10.

Poetam lavdandi form. Cui (Euripidi) tu quantum credas, nescio, *ego certe singulos eius versus singula testimonia puto*. VII. 6.

Politicvs. Πολιτικωτερον enim *te adhuc neminem cognoui*. III. 23.

Portare. Coactus sum in eadem illa lectica, qua ipse *delatus* eram, meisque lecticariis, in vrbem *eum referre*. XI. 13.

Potens. Neque *opibus satis firmi*, nec voluntate sunt. IV. 4. *Quem penes est omnis potestas*. VIII. 15. Postea autem quam alicuius culpa *tantum valeret* vnus, *vt obsisti non posset*. VIII. 20. Qui *plurimum potest*. IX. 3. Quum *ita late pateat eius potestas*, quem veremur, *vt terrarum orbem complexa sit*. IX. 7. *Omnia delata ad vnum sunt*. IX. 22. *In vnius potestate erunt omnia*. X. 6.

Pri-

Priusquam hostes magis *corroborentur*, et nostri perturbentur. XIV. 21. *Si aliquid firmitatis nactus sit* Antonius. XV. 4.

PRAECIPVVS. Quem tamen illi *esse in principibus* facile sunt passi, *euolare altius* certe noluerunt. II. 1. Non dubito quin -- intelligas, te facillime posse *obtinere summum atque altissimum gradum* ciuitatis ibid. Non solum interfuit his rebus, sed etiam *praefuit*. II. 2. Accedit etiam *quod familiam ducit*. II. 5. *Florentissimi* hominis aspernari beneuolentiam. VI. 1. Extremum illud est, quod tu nescio an *primum putes*. VIII. 17. In qua vrbe gratia, autoritate, gloria *floruimus*. IX. 3. Tu quoque is esses, qui fuisti, cum *omni gradu amplissimo dignissimus*, tum certe ordinis tui *facile princeps*. IX. 5. *Caput illud est*, vt &c. IX. 12. Est id quidem magnum, *atque haud scio an maximum*. IX. 8. Lamia *summo splendore*, *summa gratia est*, vsus magnificentissimo munere. XII. 22. Quanquam intelligo me cum multis hoc esse facturum, tamen *appetam huius rei principatum*. XII. 33. *Et robur et soboles* militum interiit. XV. 6.

PRAEDICERE, vid. CONIICERE, VATICINARI.

PRAEFERRE. *Antiquius tibi* officium meum, quam illius voluntas fuit. XII. 16. Patriae charitas accessit, eaque effecit,

vt

vt tuam vitam anteferrem meae. XIII. 16.

PRAELIARI. *Signa* tirone et collectitio exercitu, cum legionibus robustissimis *contulit.* VIII. 20. Quod si pares copias ad *confligendum* non habebis. XII. 4. Antonium *in aciem suas copias* de vico *produxit*, et sine mora *concurrit.* Primo *ita pugnatum est, vt acrius non posset ex vtraque parte pugnari.* XIV. 1. *De praelio facto* audiui. XIV. 4. Equitatum habet magnum, nam *omnis ex praelio integer discesit.* XIV. 18. Vt *quam paratissimi ab exercitu confligamus.* XV. 5. *Praelium confectum esset.* XV. 6. Neque *expeditissimam dimicationem* putamus. XVI. 6. Vt *vno praelio* putaremus si non *totam causam*, at certe nostrum iudicium *definiri* conuenire. XVI. 32. Illo quasi quodam *fatali praelio facto.* ibid.

PRAEPARARE. Primum id quod maxime nunc opus est, *munio me ad haec* tempora. VIII. 17. Nunc vero tantum *te para ad haec* nobiscum ferenda. IX. 14.

PRAESCRIBERE. *Feruntur omnino conditiones ab illo.* VII. 5. *Leges* enim *imponuntur.* ibid.

PRAEVIDERE. Nunc *haec exiguitas copiarum* recessum, non dimicationem mihi tuam *praesagiebant* IV. 9. In communibus miseriis *hac tantum oblectabar specula.* VII. 13.

Tu

Tu enim ipse, qui et me et alios prudentia vincis, *omnia*, credo, *vidisti*, *nihil omnino te fefellit*. -- *Quis est tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquam incurrat?* VIII. 10. Hunc ego belli *mihi finem feci*. VIII. 20. Multo enim ante *tanquam ex aliqua specula prospexi tempestatem futuram*. IX. 1. Summa tamen eadem est, et idem exitus, *quem ego tam video animo, quam ea quae oculis cernimus*. X. 2. Equidem *mihi omnia propono, nec vllum est tantum malum, quod non putem impendere*. X. 3. Vt *diuina tua mente prospexisti et praedicasti*. XV. 14. Vt magis mirum sit, *nos --- quum homines essemus, diuinare potuisse*. XVI. 32. Vt, quod maxime curam leuat, *futura animo prospicere* posses. ibid.

bene PRECANDI FORM. *Tu quod egeris, id velim dii approbent!* V. 17. *Velim mihi --- prospere euenire ea, quae* me insciente *facta sunt a meis*. VI. 9. *Quod actum est, dii approbent!* VI. 13. Te velle, quae egissem, *bene ac feliciter euenire*. VIII. 1. Migrationem et emtionem *feliciter euenire volo*. XI. 17. Eandem rem tibi volo *bene et feliciter euenire*. XII. 4.

PROBARE, PROBATVS. Primum hoc velim existimes, animum mihi istum tuum *vehementer probari*, et fraternam plenam hu-

humanitatis ac pietatis voluntatem. I. 3. Id enim iubet idem ille Plato, quem ego autorem *vehementer sequor*. II. 13. Gratulatio tua etsi *mihi est probatissima*, quod ab optimo fit animo. IX. 13. Hominem frugi et modestum, et patrono, et nobis *vehementer probatum*, tibi commendo maiorem in modum. IX. 31. *Magna* senatus *approbatio consequuta est, cum summo gaudio.* XIV. 5. Illud tibi promitto, quicquid erit a te factum, *id senatum non modo vt fideliter, sed etiam vt sapienter factum, comprobaturum.* XIV. 14. Isthaec ipsa *non solum rata mihi erunt, sed etiam grata.* XVI. 10. vid. PLACERE.

PRODESSE. Μισω σοφιςην, οςις ωχ αυτω σοφος. X. 35. Tu non intelliges te querelis quotidianis *nihil proficere?* XI. 13. Si modo meo casu aut *confirmare* patriae *salutem*, aut periculum morari possim. XIII. 14. v. VTILIS.

PROFICERE. *Quo in dies longius*, discendo exercendoque se, *procedat.* XII. 10. Fateor, me *ad istum gradum sapientiae non peruenisse.* XII. 13.

PROFICISCI. *Longius*, quoniam vobis ita placet, *non discedam.* I. 10. Qui *hac iter faciebant.* ib. Nihil duobus nobis est stultius, me qui *te non* Romam *attraham*, te qui non *huc aduoles.* II. 11. *Iter mihi faciendum* per Lycaoniam arbitratus sum. IV. 1. Vt ante

ad

ad me excurrerent, vt tibi obuiam prodire posſem. V. 7. *Iter meum* Reip. et rerum vrbanarum ratio *gubernabit*. VI. 7. Te neque nauigationi, neque *viae committas*. VI. 20. Cum Meſſinio puto *te beliſſime*, ſi recte erit, *decurſurum*. ibid. Ne te tam longae nauigationi et *viae* -- niſi bene firmum, *committas*. VII. 6. *Iter mihi neceſſarium* --- *incidit*. VII. 7. Quod conſilium in diſceſſu, *quae loca ſequemur*. VII. 14. *Superſedeas hoc labore itineris*. ibid. Pollicem, ſi adhuc non eſt profectus, *quam primum fac extrudas*. VII. 21. *In viam quod te des* hoc tempore, *nihil eſt*. VII. 22. *Abdidit ſe in intimam* Macedoniam, *quo potuit longiſſime*. VIII. 5. *Qui ſe domo non commouerunt*. VIII. 12. In Pompeianum *ſtatim cogito*. VIII. 24. Qui *domo et fortunis relictis*, *ad te* potiſſimum *profectus ſit*. XIII. 20. Quum ipſe *iter ad* Mutinam *dirigerem*. XIV. 4. *Iratus temporibus in* Graeciam, deſperata libertate, *rapiebar*. XIV. 5. Aut ad Lepidum *ſe conferat* --- aut Alpibus *ſe teneat*, --- aut *rurſus ſe in* Etruriam *referat*. XIV. 7. *Meum iter eo contuli*. XV. 5. Ex Italia *non excedam*. XV. 9. *Finibus* meae prouinciae *nunquam exceſſi*. XV. 19. Ex quo (loco) *te*, *quocunque opus erit*, *facillime et expeditiſſime conferas*. XVI. 35. *Te iſtinc ne temere commoueas*. ibid.

PROHIBERE. Senatus *autoritas grauissima interceſſerat.* I. 12. *Nunquam interpellauit,* quin iis vterer. XII. 13.

PROLIXVS. Quod tibi vt planius exponam, *altius paullo* rationem meorum conſiliorum *repetam neceſſe eſt.* II. 13. *Huc vt venirem,* ſuperior *longius, quum volui, fluxit oratio.* VIII. 14. Haec ad te *ſcripſi verboſius,* et tibi moleſtus fui. VIII. 20. *Habes epiſtolam verboſiorem.* ibid. Sed *longius progredior,* ſcribo enim ad te. VIII. 21. Publicis litteris *omnia ſum perſequutus.* XIII. 15.

PROMISSA SERVARE. Has litteras velim exiſtimes foederis habituras eſſe vim, non epiſtolae; *meque ea, quae tibi promitto ac recipio, ſanctiſſime eſſe obſeruaturum, diligentiſſimeque facturum.* II. 4. Et velim *reliquum quod eſt promiſſi* ac muneris tui *mihi perſoluas.* V. 12. Sin autem ille *ſuis conditionibus ſtare* noluerit, bellum paratum eſt --- praeſertim quum *a ſuis conditionibus ipſe fugerit.* VII. 5. In eo velim *fidem meam liberes.* XIII. 10. Vt *quae* Reip. bonisque omnibus *polliceremur, exitu praeſtaremus.* XIII. 14. Habeo paululum morae, dum *promiſſa* militibus *perſoluo;* nunc iam ſum expeditus. XIV. 9.

PROMITTERE. Panſa quidem mihi, grauis homo et certus, *non ſolum confirmauit, verum*

rum etiam recepit. IX. 14. Caesaris oratio sane *mollis et liberalis fuit.* IX. 20. Sed tamen separatim *promitto, in meq; recipio.* IX. 25. Omnia te facturum *liberalissime recepisti.* IX. 33. *Memineris, te omnia,* quae tua fides pateretur, *mihi cumulate recepisse.* IX. 33. Id *exploratius* possem *promittere.* X. 1. *Spondeo, in meque recipio.* X. 5. Ex ipsius gratissimis et humanissimis moribus *confirmo tibi.* X. 10. *Id tibi confirmo, in meque recipio.* X. 16. *Promisi* enim *et probe confirmaui,* te non expectasse etc. XIII. 10. Quae et tua exhortatione excepi, et *mea affirmatione tibi recepi.* XIII. 15. *Omnia* petenti *recepi, et vltro pollicitus sum.* XIV. 21. Vt tu mihi *liberalissime atque humanissime recepisti.* XVI. 14. Quum diceret, *omnia te cumulatissime et liberalissime -- pollicitum esse.* XVI. 37.

PROMOVERE. Quum tu *a me rebus amplissimis atq; honorificentissimis ornatus esses.* I. 3. Quem illi esse in principibus facile sunt passi, *euolare altius certe noluerunt.* II. 1. Curtius noster *dibaphum cogitat,* sed eum infector moratur. VII. 13. *Omnes quos adhuc gradus dignitatis consequutus sis,* es autem *adeptus amplissimos.* XIII. 13. A te peto, *vt dignitati meae suffrageris.* XIII. 15. Tantam esse apud omnes tui charitatem, *vt nullum genus amplissimae dignitatis excogitari possit,*

quod tibi non paratum sit. XIV. 22. *Vt hanc dignitatem potissimum nobis tribuant* -- vt Asiam obtineam. XV. 14.

PRVDENS. *Vsque quaque sapere oportet*, id erit telum acerrimum. II. 12. Sed vt ab homine *longe in posterum prospiciente* futura expecto, vt ex tuis litteris, quum formam Reip. viderim, *quale aedificium futurum sit*, scire possim. III. 23. Tantum habeto, civem egregium esse Pompeium, et *ad omnia, quae prouidenda sunt* in Rep. et animo et *consilio paratum.* ibid. Te hortor, vt *omnia gubernes et moderere prudentia tua*, ne te auferant aliorum consilia. *Nemo est, qui sapientius tibi suadere possit te ipso*, nunquam labere, *si te audies* -- Tecum loquere, *te adhibe in consilium*, te audi, tibi obtempera. IV. 10. Homo mea sententia *summa prudentia*, multa etiam doctrina, *plurimo rerum vsu.* V. 7. Si me virum bonum, si dignum iis studiis, eaque doctrina, cui me a pueritia dedi, si satis magni animi, *non mimini consilii in maximis rebus perspectum habes.* VI. 1. Non eam cognoui *aciem ingenii tui*, quod ipse videam, te id vt non putem videre. VII. 13. Tu enim ipse, qui et me et alios *prudentia vincis*, omnia, credo, vidisti, *nihil omnino te fefellit. Quis est tam lynceus*, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquam incurrat? VIII. 10.

Non

Non enim iam satis est *consilio pugnare*, artificium quoddam excogitandum est. VIII. 15. *Homo est valde acutus et multum prouidens.* IX. 16. Simus igitur *ea mente, quam ratio et veritas praescribit.* X. 1. *Ei rei sapientia tua te occurrere* decet. XI. 2. Quid enim? tu solus aperta non videbis, *qui propter acumen occultissima perspicis?* XI. 13. *Fateor, me ad istum gradum sapientiae non peruenisse.* XII. 13. *Omnia* igitur *consilia tua mihi non magis prudentiae plena*, quae *summa est*, videntur, quam fidelitatis. XIII. 4. Hircius *nihil nisi considerate acturus videbatur.* XIII. 8. Quod si quis vestrum non probabit, *mihi prudentiam in consilio defuisse, sciat.* XIV. 13. Tu quanquam *consilio non eges*, vel *abundas potius.* XIV. 14. Nimia eius indulgentia in Lepidum *ad haec pericula perspiciunda* fecit eum *minus sagacem.* XV. 18.

PVDET, NON PVDET. Coram me tecum eadem haec agere saepe conantem, *deterruit pudor quidam subrusticus*, quae nunc expromam absens audacius: epistola enim *non erubescit.* I. 18. Quando *pudori tuo maluisti obsequi.* VI. 23. Non enim *dimittam pudorem* in rogando meum. VII. 15. *Pudori* tamen malui, famaeque *cedere*, quam salutis meae rationem ducere. VIII. 20. Magna est gladiatorum licentia, sed in ex-

ternis locis *minor etiam ad facinus verecundia.* IX. 12. Sed *valuit apud me plus pudor meus*, quam timor. IX. 16. *Pudor me hunc casum coegit subire.* XV. 18.

PVNIRE. *Qua poena* senatus, consensu bonorum omnium, *eos affecerat.* I. 3. Quum tribunus plebis *poenas a* seditioso ciue, per bonos viros, *iudicio persequi vellet, exemplum praeclarissimum* in posterum *vindicandae* seditionis, *de* Rep. *sustulerunt.* II. 13. *Poena afficeret eos*, quos necesse esset, reliquos metu liberaret. IV. 1. Quum praesertim adhuc *stili poenas dem.* IX. 23. Quum mendum scripturae litura tollatur, stultitia *fama multetur*, meus error *exilio corrigitur.* ibid. Armati *stilum persequitur.* ibid. Nec se *impune laturum* putaret. XI. 16. Sed heus tu, manum de tabula! *Magister adest* citius, quam putaramus. XI. 20. Meam animaduersionem et *supplicium*, *quo vsurus eram in eum*, remitto tibi et condono. XI. 29. Assentior tibi, eos istic *poenas dare* debuisse. XIII. 17. Quorum *improbitatem aliquando retundi*, et non pati *impunitate augeri* -- vtile est Reip. nostrae. XV. 14. Ibi, spero, celeriter eum *poenas daturum.* ibid. *Opinione celerius*, confido, sceleratissimum latronem *poenas passurum.* XV. 15. Si quos equites decedentes nactus sum, *supplicio affeci.* XV.

19.

19. *Non potes effugere* huius culpae *poenam.* XVI. 29.

PVSILLANIMIS. Quem post reditum *fracto animo et demisso fuisse*, dictitarunt. II. 13. De me idem cogitabant, *abiectiore animo me futurum*, quum Resp. *maiorem etiam animum*, quam vnquam habuissem, *daret.* II. 13. *Nulla vnquam fuit -- tam imbecillo mulier animo*, quae non aliquando lugendi modum fecerit. VII. 26. *Animus*, qui dubiis rebus forsitan fuerit *infirmior.* VIII. 8. *Teneriore mihi animo videbare.* ibid. Qui hoc fortasse *humilis animi* duceres, illud pertinacis. IX. 7. Nec velim *te frangi repente, atque ita cadere, vt nulla res te* ad aequitatem animi *possit extollere.* IX. 14. *Animum tuum*, quem *minime imbecillum* esse, et audio, et spero. IX. 16. (Non decet te) ad secundam fortunam bene paratum fuisse, *aduersam ferre nullo modo posse.* IX. 16. Tot malis tum *victum*, tum *fractum* studium scribendi. IX. 23. Non debemus *ita cadere animis.* X. 1. *Non quod ita sim fractus*, vt aut hominem me esse oblitus sim, aut *fortunae succumbendum* putem. XI. 1. *Opprimor* interdum, et *vix resisto dolori.* XI. 3. Quae tua fuerit assessio, oratio, confirmatio *animi mei fracti* communium miseriarum *metu.* XII. 12.

RARVS. De pantheris per eos, qui venari solent, agitur mandato meo diligenter; sed *mira pauitas est.* V. 13. *Quasi auem albam videntur* bene sentientem ciuem *videre.* IX. 17. In vrbem nostram est infusa peregrinitas, nunc vero etiam brachatis et transalpinis nationibus, *vt nullum* veteris leporis *vestigium appareat.* --- *Moriar, si praeter te quenquam reliquum habeo, in quo possim imaginem* antiquae et vernaculae festivitis *agnoscere.* IX. 18. Vides, *exaruisse iam* veterem vrbanitatem, vt Pomponius noster suo iure possit dicere: NISI NOS PAVCI RETINEAMVS GLORIAM ANTIQVAM ATTICAM. XII. 3. Habes autores consilii publici: *qui numerus* etiam bonis rebus *exiguus esset*, quid censes perditis? XII. 24.

RATIONES, Rechnung. Quod iam *depositis rationibus* --- discessimus. VII. 2. *Rationem* omnium rerum *redderem* verbosius. XIII. 15.

RECONCILIARE. Si quis est, qui neminem *bona fide in gratiam* putet *redire* posse. IV. 7. Athenaeum -- *maxima* apud regem auctoritate *gratiaque constitui.* V. 1. Vt *ex alienissimis* sociis *amicissimos*, ex infidelissimis firmissimos *redderem*, *animosque*, nouarum rerum expectatione suspensos, *ad veteris imperii beneuolentiam traducerem.* ibid.

Vt

Vt sociorum *reuocatam ad studium imperii nostri voluntatem* laudarem. V. 2. Amabo te, si quid, quod opus fuerit, Appio facies, *ponito me in gratiam.* V. 5. Vt *simultatem deposuimus.* V. 16. Scito enim, me, posteaquam in Vrbem venerim, *redisse cum veteribus amicis*, id est cum libris nostris, *in gratiam* — ignoscunt mihi et *reuocant in pristinam consuetudinem.* Quando *placatis his vtor.* VIII. 2. Cum Lepido egi, vt *omissa omni contentione, reconciliataque voluntate nostra*, communi consilio Reip. succurreret. XIV. 12. Primus equitatum *ad* Remp. *traduxi.* XV. 14. Oro atque obsecro, vt, *priuatis offensionibus omissis*, summae Reip. consulatis. XV. 17.

Recordari. Quid sibi is de me recepisset, *in memoriam redegit.* II. 13. *Ne refricem* meis litteris *desiderium ac dolorem tuum.* VIII. 19. Persaepe mihi cogitanti de communibus miseriis --- solet *in mentem venire* illius temporis (miseria). VIII. 20. *Quin etiam ipsum diem memoria teneo.* ibid. *Das mihi iucundas recordationes conscientiae nostrae.* XI. 4.

Recreare. Nec id ad voluptatem refero, sed ad communitatem vitae atque victus, *remissionem animorum, quae maxime sermone efficitur familiari*, qui est in conui-

uiis dulciſſimus. XIII. 9. vid. DELECTARE.

RECVSARE. *Poteſt* enim *hoc mihi denegare occupatio tua.* I. 18. Quod praeſenti tibi *prope ſubnegaram*, non tribueram certe, id abſenti *debere non potui.* XII. 18.

REDIRE. Si iſta ſunt inaniora, *recipe te ad nos.* III. 1. *Si te cito retuleris.* ibid. Sic habeto, *in eum ſtatum* temporum *tuum reditum incidere.* III. 8. *Reditum*, ſi me tantum amas, quantum certe amas, *hominibus confice.* X. 34. Non enim, vt tum, *me* a Rep. moeſtum *domus excipiebat*, quae leuaret; ſic nunc domo moerens ad Remp. *confugere poſſum*, vt in eius bonis acquieſcam. XI. 3. Et abfui proficiſcens in Graeciam, et poſtea quam de medio curſu *Reip. ſum voce reuocatus*, nunquam per M. Antonium quietus fui. XII. 20. Gratulor tibi, quod ex prouincia *ſaluum te ad tuos recepiſti*, incolumi fama et Rep. XVI. 26.

REFVTARE. Quem proxime ſuperioribus diebus *acerrime oppugnaſſet.* II. 13. Hos ego ſermones -- laceſſiui vnquam, ſed *non valde repreſſi.* IV. 7. Quo facto *retulit ſermones*, *paratiorque* viſus eſt, quam ſperauerat, *accuſator.* V. 5. Reſpondebo criminibus, *quibus* tu pro me, vt par erat, pro tua ſingulari bonitate et amicitia noſtra, *ſaepe reſtitiſti.* XII. 13. Hunc *quemadmodum fregerim*, *quan-*

quantaque contentione Titium interceſſorem *abiecerim*, ex aliorum te litteris malo cognoſcere. XIII. 17.

RELINQVERE, RELIQVVS. Ceteras ſuas *abiecit* actiones. VI. 6. *Domos noſtras et patriam ipſam*, vel ditipiendam, vel inflammandam *reliquimus*. VII. 5. *Ne veſtigium quidem vllum eſt reliquum nobis* dignitatis, agiturque praeclare, ſi nosmet ipſos regere poſſimus. VIII. 1. Ea, *quae* praeterea *videor mihi ex aliqua parte retinere*, tanquam *ex reliquiis priſtinae dignitatis*. IX. 5. Quicquid *imago* veteris meae dignitatis, quicquid *reliquiae* gratiae valebunt. IX. 8. Vt ne in foro quidem *reliquiae priſtinae frontis appareant*. X. 33. Quum in eam (poſſeſſionem) *tanquam e naufragio, reliquias contuliſſet*. XI. 24. Indigneque, mi Cicero, oppidum captum, et bellum *iam confectum*, *relinquere* ſum coactus. XI. 29. *Nullum veſtigium abs te diſceſſurus ſum*. XIII. 12.

REMINISCI. vid. RECORDARI.

RENOVARE. Ne *refricem* meis litteris *deſiderium ac dolorem tuum*. VIII. 19. Nunc autem hoc tam graui vulnere, *etiam illa*, *quae conſenuiſſe videbantur*, *recrudeſcunt*. XI. 3.

RESISTERE. Quum ego eius petitionem *grauiſſimis* in ſenatu *ſententiis oppugnaſſem*. II. 3.

II. 3. Curio *se contra eum totum parat.* IV. 5. *Acriter et diu repugnantibus.* V. 1. Quae mea sententia in senatu facile valuisset, nisi Pansa *vehementer obstitisset.* XIII. 10. Non magna subsidia resp. habet expedita, *quibus subito impetu* ac latrocinio parricidarum *resistat.* XVI. 6.

RESPONDERE. *Ad omnia accipe.* V. 7.

RESTITVERE IN INTEGRVM. Qui sit *Remp. afflictam et oppressam* miseris temporibus, ac perditis moribus, *in veterem libertatem ac dignitatem vindicaturus.* III. 10. Et ipsa causa ea est, vt iam simul cum Rep., *quae in perpetuum iacere non potest, reuiuiscat atque recreetur.* IX. 4. Ita mihi pulcher hic dies visus est, vt *speciem aliquam* videret videre *quasi reuiuiscentis Reip.* IX. 11. *Res* tamen *publica per vos,* breui tempore, *ius suum recuperabit.* XII. 24. Populus Rom. a te omnia expectat, atque in te aliquando *recuperandae libertatis* omnem spem ponit. XII. 31. Spes tamen vna est, populum Romanum *maiorum similem fore.* XII. 34. Autoritate vestra Resp. *exsurget,* et in aliquo statu tolerabili consistet. XVI. 5.

REVERERI. Meus autem est familiarissimus, sic prorsus, vt nostri ordinis *obseruet neminem diligentius.* IX. 28. Est homo non ingratus, meque *vehementer obseruat.* XII. 1.

In-

Interfecto rege, regios *omnes nutus tuemur*, neque id solum, sed etiam, quae ipse ille, si viueret, non faceret, ea nos quasi cogitata ab illo probamus. XII. 15. *Obseruantia, qua me colit, accedit ad proximos.* XII. 30. Persuade tibi, te vnum esse, *in quo ego colendo patriam mihi constituerim sanctitatem.* XIII. 4.

Revs. *Omnia sunt mea culpa commissa.* I. 8. Ne *omnia mea culpa cecidisse* videantur. I. 9. Horum malorum omnium fortuna *culpam sustinet.* XVI. 32.

Ridere. Visa est oratio (mea) non iniucunda, et *mediocris quidam est risus consecutus.* I. 3. *Illa* quamuis ridicula essent, sicut erant, *mihi* tamen *risum non mouerunt.* IV. 10. vid. Iocari.

Rogare. Graue est enim homini pudenti, *petere aliquid magnum ab eo*, de quo se bene meritum putet, ne id quod petat, exigere magis, quam rogare, et in mercedis potius, quam beneficii loco, numerare videatur. III. 12. *Meam fidem* et vestram commendationem *implorare* coepit. IV. 1. *Magnopere a me petiuit.* IV. 2. *Hoc te vehementer etiam atque etiam rogo.* IV. 10. Quum *tua promissa* per litteras *flagitabam.* VI. 5. *Quod vt facias, te vehementer etiam atque etiam rogo.* IX. 26. *Vehementer a te contendemus.*

demus. X. 7. *Requisiui* equidem proprias ad me vnum a te litteras, sed neque *vehementer, et amanter.* XIV. 15. Laterensis *multo etiam magis prope implorans obtestatur.* XIV. 20. Abi nunc, populi *fidem implora.* XV. 19. Cuspius *singulari studio contendit a me.* XVI. 14. vid. SEQVI.

ROGANDI FORMVLAE. Abs te, *quantum tua fert voluntas*, peto, quaesoque. I. 10. Ego si mea in te essent officia solum. Curio, tanta, quanta magis a te ipso praedicari, quam a me ponderari solent, *verecundius a te*, si qua magna res mihi petenda esset, *contenderem.* III. 12. A te maximopere *pro nostra summa coniunctione, tuaque singulari humanitate*, etiam atque etiam peto et quaeso. III. 17. Quapropter *a te peto maiorem in modum.* III. 31. Te, mi Curio, *pro tua incredibili in me beneuolentia, meaque item in te singulari*, rogo atque oro. IV. 10. Peto abs te *pro nostra coniunctissima necessitudine, plurimisque officiis paribus ac mutuis.* IV. 14. Quum et tua summa amplitudo et dignitas, et meus magnus honos magnaque existimatio, postulare videatur, *vt a te pluribus verbis* contendam ac petam. V. 4. Hoc a te *ita contendo*, vt *in eo fortunas meas positas putem.* -- Sic velim enitare, *quasi in eo mihi sint omnia.* V. 8. *Ad* tua innumerabilia in

me

me officia *adde hoc, quod mihi erit gratissimum omnium.* VI. 21. *Per fortunas tuas,* mi Cicero, *per liberos te oro et obsecro,* ne quid grauius de salute et incolumitate tua consulas. VII. 12. Si *tibi tu, si filius vnicus, si domus, si spes tuae reliquae tibi charae sunt* -- eorum fortunas non debes velle conturbare. ibid. Peto a te maiorem in modum *pro nostra necessitudine.* IX. 26. Peto a te *hoc diligentius, quam si mea res esset,* quo est honestius, de amicorum pecunia laborare, quam de sua. IX. 29. Peto igitur a te *tanto scilicet studio, quanto intelligis debere me petere,* pro homine tam mihi necessario et tam familiari. X. 14. Quia *mos est ita rogandi,* rogo. XI. 21. Pro nostra summa necessitudine, *parique inter nos et mutua beneuolentia,* abs te peto. XI. 23. A te tantum peto, *quantum et te facere posse, et libenter* mea causa *facturum* esse arbitror. XI. 25. Ego te plane rogo, atque *ita,* vt maiore *studio, iustiore de causa, magis ex animo rogare nihil possim.* XI. 26. Velim tibi persuadeas, *nihil me maiore studio a te petere,* nihil te mihi gratius facere posse, quam si &c. XII. 23. A te hoc *omni contentione peto, sic vt maiore cura, maiore animi labore petere non possim,* vt ad ea, quae tua sponte, sine cuiusquam commendatione faceres, in hominem tantum et talem

cala-

calamitosum, aliquem afferant cumulum meae litterae, quo studiosius eum, quibuscunque rebus possis, iuues. XVI. 33. Id vt *re experiatur, iterum et saepius te rogo.* XVI. 37.

RVMOR EST. Multi nunciabunt, *perferet etiam multa ipse rumor.* III. 23. *Refrigerato iam leuissimo sermone* hominum prouincialium. IV. 7. Sed de Parthorum transitu nuncii *varios sermones excitarunt.* IV. 9. Te vero nolo, nisi *ipse rumor iam raucus* erit *factus*, ad Baias venire. VIII. 10. De Hispania noui nihil, sed expectatio valde magna, *rumores tristiores*, sed ἀδέσποτοι. X. 30. De Cn. Minutio -- *rumores duriores erant.* XIV. 5. Nos hic de Dolabella audiebamus, quae vellemus, sed *certos autores non habebamus.* XVI. 1. *Nihil affertur ad nos, praeter rumores* de Dolabella --- *satis* illos quidem *constantes*, sed *adhuc sine autore.* XVI. 2. Audiuimus, sed adhuc *sine capite, sine autore, rumore nuncio.* XVI. 5.

S.

SACRIFICARE. Cui quidem *tu Deo*, quemadmodum soles, *pie et caste satisfacias, id est Apollini et Aesculapio.* VII. 16.

SALVTARE. Cicero bellissimus *tibi salutem plurimam dicit.* VII. 16.

SA-

Sapiens. vid. Prvdens.

Satisfacere. *Expletur animus* iucundissimae lectionis *voluptate.* I. 18. Non enim vereor ne non *scribendo te expleam.* III. 6. Hoc tempore in salute tua, *cumulatissime mihi satisfecit.* IX. 6. Nec cogitandum *satis iam habere a vobis* Remp. XII. 15. Quod si istic non defueritis, profecto quod ad me attinet, omnibus *abunde* Reip. *satisfaciam.* XV. 18.

Scelerativs. Quum omnes *in omni genere et scelerum et flagitiorum volutentur.* VIII. 9. Non fero hominem *pestilentiorem* patria sua (Sardinia). XI. 19. Habes Sardos venales, *alium alio nequiorem.* ib. Dii isti Segulio male faciant! homini *nequissimo omnium,* qui sunt, qui fuerunt, qui futuri sunt. XV. 10.

Scholam aperire. Vt Dionysius tyrannus, quum Syracusis expulsus esset, Corinthi dicitur *ludum aperuisse*; sic ego sublatis iudiciis, amisso regno forensi, *ludum quasi habere coepi.* VIII. 17.

Scire. *Tantum habeto* ciuem egregium esse Pompeium. III. 23. Quid, quando, et quomodo, et per quos agendum sit, *tu optime constitues.* ibid. Frater tuus quanti me faciat, semperque fecerit, *esse hominem qui ignoret arbitror neminem.* V. 3. Ac petitionis quidem tuae ratio *mihi semper fuit ex-*

plorata. V. 3. *Neque* mearum rerum quid consilii capiam, *reperio.* VI. 15. Illud *te non* arbitror *fugere.* ibid. *Vestrum iam consilium est,* non solum meum, quid sit vobis faciendum. VII. 3. *Mihi plane non satis constat adhuc,* vtrum sic melius. VII. 4. Sed quid ego haec ad te, *cuius domi nascuntur;* γλαυκ εις Αθηνας. VIII. 9. Qui (Philosophi) mihi soli videntur *vim* virtutis *tenere.* VIII. 15. Sed in ea es vrbe, *in qua haec,* vel plura et ornatiora, *parietes ipsi loqui posse videantur.* X. 2. Quod *vnus optime nosces* non nostra solum, sed etiam Graeciae monimenta. X. 17. Etsi *non sum nescius,* et quae temporum ratio, et quae tua potestas sit, tibique negotium datum esse a C. Caesare, non iudicium, *praeclare intelligo.* XII. 19. Scis profecto, *nihil* enim *te fugere potuit.* XIII. 3. Non modo te, *cui omnia nostra notissima sunt,* sed *neminem in* populo Rom. *arbitror esse, cui sit ignota* ea familiaritas. XIII. 19. Quantum detrimenti Resp. acceperit, *non te praeterit.* XIV. 6. *Qua* enim *prudentia es, nihil te fugiet.* XV. 5. *Plane intelligo,* te non modo studio, sed etiam amore vsum. XVI. 10.

SCOPVM ESSE. *Non idem* vterque *sequutus est.* IV. 7.

SCRIBERE MALE. Accepi tuam epistolam *vacillantibus litterulis;* nec mirum, tam graui morbo. VII. 10.

SEDI-

SEDITIONEM MOVERE. Quumque ante aduentum meum *seditione quadam* exercitus esset *dissipatus*. V. 1. Quem illi appellant *tubam belli ciuilis*. IX. 14. Si decima legio veterana, quae nostra opera reuocata cum reliquis est, *ad eundem furorem redierit*. XIV. 4 Quod exercitus Lepidi eam partem, quae corrupta est, et *a Rep. alienata*, et corrigere et coercere posset. XIV. 12. *Genus hominum* aduersariorum *seditiosum et inertissimum*. XIV. 17. Sed non possum non exhorrescere, *si quid intra cutem subest vulneris*, quod prius nocere potest, quam sciri, curarique possit. XIV. 20. Re vera *furere eos* inueni. --- *Mira est eorum amentia*. Nec me meae vllae priuatim iniuriae mouerunt vnquam; *malus animus eorum in nostra salute*, cupiditas partium aliarum, perseuerantia in contemtione optimi cuiusque, ferenda mihi non sunt. *Nec tamen omnes perditos esse puto*. XV. 14. Si *seditionem fecerint*. XV. 19. Dolabellam vt *pessimi socii*, ita Laodiceni *multo amentiores* accersernnt. XVI. 3. *Intestinum* vrbis *malum, quod est non mediocre*, minus timeremus. XVI. 4. Ceterique, *qui vna cum illo a Rep. defecerunt*. XVI. 5. vid. TVMVLTVARI.

SEDITIONEM SEDARE. Illud *malum vrbanum ita compressum est, vt mihi videamur*

omne iam ad tempus ab illo duntaxat sordidissimo periculo *tuti futuri.* XII. 15. Decima legio veterana *nostra opera reuocata* cum reliquis est. XIV. 4. Quod exercitus Lepidi eam partem, quae corrupta est, et a Rep. alienata, *et corrigere et coercere* praesentia mei exercitus possem. XIV. 12. (Legionem) *incitatissimam retinui*, aegre mehercule, nec retinuissem. XV. 19.

SEDVCERE. Existimauit fratrem suum, hominem non sapientem, *impulsu inimicorum eo progressum esse.* VI. 2.

SENATVS. Non in priuato, sed *in publico orbis terrae consilio*, id est in senatu, vt gratias agerent, mittebantur. IV. 7.

SENESCERE, SENEX. Intactus a sibilo *peruenerat* Hortensius *ad senectutem* III. 24. An quod adolescens praestiti -- id nunc *aetate praecipitata* commutem ac me ipse retexam. XII. 13. Cui (*vitae meae*) *satisfeci* vel *aetate*, vel factis, vel gloria. XII. 20.

SENTENTIAM MVTARE. Quorum maleuolentissimis obtrectationibus, nos scito *de vetere illa nostra diuturnaque sententia, prope iam esse depulsos.* II. 1. Sed te non praeterit, quam sit difficile, *sensum* in Rep. praesertim *rectum et confirmatum, deponere.* II. 2. Si *quibusdam in sententiis me immutassem.* II. 13. *Non offendes eundem bonorum sensum*, Lentule,

tule, quem reliquisti, qui *confirmatus* consulatu nostro, nonnunquam postea *interruptus et afflictus* ante te consulem, *recreatus abs te totus est.* II. 13. *Neque permanendum in una sententia*, conuersis rebus ac *bonorum voluntatibus immutatis*, sed temporibus assentiendum. Nunquam enim praestantibus in Rep. gubernanda viris laudata est *in una sententia perpetua permansio.* ibid. Si essent omnia mihi solutissima, tamen in Rep. *non alius essem, atque nunc sum.* ibidem. Quod te *abiecisse* illam aedificationem, constabat. III. 21. *Tua ratio* postea *est commutata.* III. 26. *Consilium mutaui.* IV. 2. *De hac quoque sententia bima decedat*, qua mihi nihil potest esse inimicius. IV. 7. Curio *de suarum actionum cursu* tua causa *deflexit.* VI. 6. Approbaui tuum consilium, *neque nunc muto*, si tu in eadem es sententia. VI. 17. Quid ergo accidit, cur *consilium mutarem?* nonne omnia potius, vt *in sententia manerem?* VII. 13. Cuius amicitia *me* paulatim *in hanc partem causae imposuit.* Nam *mihi sentio bonam mentem* iracundia et amore *ablatam.* VII. 17. Qui *me de mea sententia detruserunt.* VII. 27. Sed *mutauimus consilium.* VII. 29. *An id nunc --- commutem, ac me ipse retexam?* Non faciam, neque quod displiceat committam. XII. 13. Ad singulos enim nun-

cios *turpissime consilia mutat*. XV. 19.

SENTIRE. *Meus* enim *me sensus admonet* quanta vis fraterni sit amoris. I. 3. Nihil mali esse in morte, *in qua si resideat sensus*. VII. 26. Nulla videri miseria debet, *quae non sentiatur*. ibid.

SEPELIRE. vid. FVNVS CVRARE.

SERVIRE SERVITVS. Dominum ferre non potuimus, *conseruo seruimus*. XII. 26. Hoc animo scito esse omnes sanos, vt *mortem seruituti anteponant*. XIV. 2. Fuit enim illud quoddam *coecum tempus seruitutis*. XIV. 5.

SEVERVS. Vale, et instituto itinere *seueritatem diligentiamque* sociis et Reip. *praesta*. V. 2. Quid ergo? tu adeo *mihi excussam seueritatem veterem* putas, *vt ne* in foro *quidem reliquiae pristinae frontis appareant*. X. 33. Est ita temperatis moderatisque moribus, vt *summa seueritas summa cum humanitate iungatur*. XII. 30.

SIGNIFICARE. Ad me autem litteras, quas misisti, quanquam *exiguam significationem* tuae erga me voluntatis *habebant*, tamen mihi scito iucundas fuisse. I. 1. Iidem illi, *quos saepe nutu significationeque appello*. II. 13. Aut certe *testatum apud animum tuum relinquam*, quid senserim. III. 8. *Ingrediar ad explicandam rationem sententiae meae*. ibid. Hoc tempore *nihil de voluntate tua ostendas*.

V. 5.

V. 5. *Neque non* tamen quale esset quod cogitares, *aperuisti.* VII. 12. Liber iste, quem mihi misisti, *quantam habet declarationem* amoris tui! VII. 36. Liberto tuo *totum me patefeci.* IX. 5. Omnis amor tuus *ex omnibus partibus se ostendit* in his litteris. XI. 14. Certe *hoc maius habes testimonium* amoris mei, quo maturius tibi -- consilia mea volui esse nota. XIV. 3. *Aperte denunciat*, videam ne fallar. XIV. 21. Concordia vestra, quae senatui *declarata* litteris *est.* XIV. 22. *Hoc quam habeat vim* te existimare malo, quam me *apertius scribere.* XV. 4. Proximis litteris *consilium meum expedietur.* XV. 6. *Signum magnum* amoris *dedisti.* XV. 10. Reliquis epistolis, tantum faciam vt *notam opponam eam*, quae mihi tecum conuenit, et simul significem de numero esse Cuspii amicorum. XVI. 14. Si omne genus liberalitatis, quod et ab humanitate et potestate tua proficisci poterit, *non modo re, sed etiam verbis, vultu denique expresseris.* XVI. 14.

Significatio propria. Fideliter -- cui verbo *domicilium proprium est* in officio. XI. 6.

Similis. Considerare debes, nihil tibi esse committendum, quamobrem eorum, quos laudas, non *te similem praebeas.* IX. 14.

SIMVLARE. Fronte atque vultu *simulatio facillime sustinetur.* II. 13.

SOCIVS. Ita *se cum multis colligauit.* VIII. 21. Et omnium itinerum, nauigationum, *laborum, periculorum meorum socius.* IX. 32. Credas *nullam communionem cum improbis esse posse.* XII. 13. Quos spero breui tempore *societate* victoriae *tecum copulatos fore.* XIII. 2. Vt potius cum pluribus *societatem* defendendae libertatis *iniremus.* XIII. 14. Sin *ad societatem* integerrimorum et maximorum periculorum *accedam.* ibid. Quod *societatem* Reip. conseruandae, tibi mecum a patre acceptam, *renouas*, gratum est, quae *societas inter nos semper -- manebit.* XIII. 18. Do quidem ego operam, vt etiam Lepidum ad *huius rei societatem incitem*, omniaque ei obsequia polliceor. XIV. 4. *Societatem facinorum* cum Dolabella *inierunt.* XV. 15.

SOLATIO ESSE. Si vnum hoc detrahi potest, *permultum erit ex moerore tuo diminutum.* VII. 26. Nec *quid consolationis afferrem* in tantis malis reperiebam. VIII. 3. Dies stultis quoque *mederi* solet. IX. 17. *Magnae tibi leuationi erit* quotidianus congressus, et sermo cum familiarissimi hominis, tum optimi et prudentissimi viri. X. 3. *Ea me solatia deficiunt.* XI. 3. *Habebam quo confugerem, vbi conquiescerem, cuius in sermone et suauitate*

tate omnes curas doloresque deponerem. XI. 3. Quod illius tanti vulneris *quae remedia esse debebant, ea nulla sunt.* XI. 14. Magnam habeo philosopiae gratiam, quae me non modo *a solicitudine abducit*, sed etiam *contra omnes fortunae impetus armat.* XII. 27. vid. CONSOLARI.

SOLICITVS. Tu non intelliges *te querelis* quotidianis *nihil proficere?* non intelliges *duplicari solicitudines*, quas *eleuare* tua te prudentia postulat. XI. 13. *Istis te molestiis laxes.* ibid. Quod epistolam conscissam doles, *noli laborare*; salua est domi. XI. 20. vid. CVRARE.

SOLVERE. vid. PECVNIAM ACCIPERE.

SPERARE ET NON. *Spes* autem salutis *pertenuis ostenditur.* I. 9. Quam diu vos eritis in spe, *non deficiam*, ne omnia mea culpa cecidisse videantur. ibid. *Spem maximam habeo in* Balbo. II. 7. Ego *desiderium tui spe* tuorum commodorum *consolabor.* III. 1. *Sin ista sunt inaniora*, recipe te ad nos. ibid. *Mihi non dubiam spem* mei conueniendi *afferebas.* IV. 2. Quamobrem in hoc prouinciali delectu *spem habeatis aliquam causa nulla est.* IV. 4. Maximam laetitiam cepi ex tuis litteris *de spe minime dubia et explorata* triumphi tui. V. 12. *Plus me in hac spe* tua sapientia et humanitas *consolatur.* VI. 9. Itaque

